De vero uſu & fero abuſu MEDICAMENTO-RUM CHYMICORUM Commentatio

LAVRENTII HOFMANI
Hallâ-Saxonis, PhiL. Med. & Cheir. D.

Cum indice rerum ad finem addito.



HALÆ SAXONUM

Anno M. DC. XI.

BRITISH MUSEUM
SALE DUPLICATE
1787

REVERENDISSIMO, ILLVSTRISſimo atque Celſiſsimo Principi ac Domino, Domino

CHRISTIANO VVILHELMO,

Poſtulato Archiepiſcopo Magdeburgenſi, Primati Germaniæ, Marchioni Brandeburgico, Duci Boruſsiæ, &c. Domino ſuo clementiſſimo;

nec non

TOTI MAGNIFICO ET AMPLISſimo inclytæ Reipublicæ Hallenſis, Patriæ ſuæ chariſſimæ SENATUI

SALVTEM, SVBIECTIONEM ET REVERENTIAM.

Divinus Plato, Archiepiſcope reverendiſſime, Princeps illuſtriſſime, Domine clementiſſime, vosq́; Conſules & Senatores ampliſſimi, multitudinem Medicorum malè 7. de repub.

conſtitutam arguere rempublicam, ſapienter pronunciavit. Id autem de veris genuinisque ſi accipiamus medicis, patriam noſtram hoc tempore optimè conſtitutam, jure merito dixerimus. Amiſit enim iſta ſuperiori anno medicos ternos numero, qui perfectus, myſticus & fatalis vulgò creditur. At verò non ſolùm ii erant numerus, ſed ſimul ætate grandiores, autoritate auctiores, doctrinâque & experientiâ conſummatiores. Eoſce ut & conſimiles multos cùm jam non ulteriùs noſtra in gremio foveat ſuo Reſpublica, utique ſecundùm Platonem ea florentiſſima venit indigitanda. Si verò de morionibus medicaſtris, ut & cacochymicis id accipiamus, peſſimè conſtitutam hanc rempublicam, ſecundùm Platonem pronunciabimus. Medicaſtri enim triginta cum duobus (egregij ſcilicet Gigantum fraterculi) hîc Medicinam factitârunt, lue peſtiferâ apud nos graſſante. Reticebo cater-

vas anicularum, ſagarum, veneficarum, quæ & ipſæ non minùs, ex pacto forſan cum ſtygio Plutone inito, morbos eradicare ſatagunt.

Quoties quæſo, Reverendiſſime & clementiſſime Princeps, tuq́ue ſanctiſſima Senatorum corona: quoties, inquam, ingenuarum artium, linguarum & ſcientiarum ſtudia per hoſce furioſos anabaptiſtas (ita eos appello) intercepta, abjecta, pedibus proculcata, & ad orcum damnata? quot quæſo honeſtiſſimorum Civium ab hiſce Machiavelliſtis æſtimabitis miſerè circumventos, nefariè proditos, ſceleſtiſſimè ſpoliatos? quot, obſecro, Chriſti nomen profitentium, ab hiſce Neronianis intoxicatos, enervatos, enecatos? quot deniq; donaria, tabulæ pictæ, vaſa cælata per hoſce Catilinarios rapta ſunt, quòt liberorum orbati parentibus, quot parentes chariſſimis liberis? quot morientium per illorum violenta & incauta medicamina

ad deſperationem redacti? quid enim iſtorum medicaſtrorum in acie peſtiferâ pharmacevticus gladius agebat? cujus latus ille mucro petebat? quicquid ſanè iſti homines famoſi & facinoroſi parant, arant, ædificant, omnia vel avaritiæ vel in perniciem bonorum parant. Iis pro pudore, pro abſtinentiâ, pro virtute, audacia, avaritia, ſitis humani ſanguinis vigent. Memorare poſſem in ſpecie, quæ inſatiabilis avaritia, quæ immanis & formidoloſa crudelitas eoſdem ceperit, ni res ea longiùs me ab incepto traheret, vel etiam, ni illorum furores tam clari eſſent,

Solis, cùm ſudum eſt, quàm radij eſſe ſolent.

Ac me quidem, quòd ab iſtorum malis (ne quid gravius dicam) moribus diſſentiam, nihil minùs, quàm honoris cupido aut ſpes victoriæ atque invidia jam vexat, ſed amor patriæ me ſtimulat. Hoc quippe in caſu à patriâ republicâ, monente Hippocrate, cogitationes non procul haben-

di mihi fuit conſiliũ. Cùm enim poſt gloriam nominis divini, omnes totius vitæ noſtræ actiones ac conſilia, in patriæ proximique honorem ac utilitatem ſint dirigenda, mearum quoque partium eſſe duxi, patriam dulciſſimam pro ratione mei ſi non talenti, tamen drachmæ vel etiam oboli, re & conſilio juvare. Nequaquam enim penitus hæc muſſitanda noſtratium medicaſtrorum & cacochymicorum injuria, nequaquam permittendæ cædes ulteriùs: Patria de his præmonenda, inſtruenda, quieta reddenda: poſcit hoc pietas, poſcit veritas & ſinceritas, haudquaquam nobis medicis, quod dici ſolet, utramvis in aurem dormiendum. Cicero Vat.

Tu ergo Princeps laudatiſſime, qui pro ſubditis, quos habes, tuis, vigilas non tantùm de die, ſed & quando

Antipodum cernit prandia, mundi oculus:

audi gemitus eorundem, tangat te tandem miſeratio. Graſſantur in hanc rem-

publi-

publicam noſtram florentiſſimam ejuſmodi Medicelli (vel potiùs larvæ Medicorum umbratiles) qui revera furioſi ſunt Anabaptiſtæ, ſubdoli Machiavelliſtæ, immanes Neroniani, conjurati Catilinarij: contra hos inſurge, pugna: victoria tibi in manu eſt. Statuas exemplum in uno, ut multi ſapiant: Melius mehercle, ut pereat unus, quàm unitas.

Vos etiam, Senatores prudentiſſimi, qui vel ætate vel ſimilitudine curarum patres appellamini, Reipublicæ veſtræ conſulite, & hæc inutilia corporis reipublicæ membra recidite, Medicaſtrorumq; ignavum pecus & ſcarabeos à præſepibus medicis arcete: reliquum

Horat. *—— —— fungatur vice cotis, acutum*
Reddere quæ ferrum valet, exors ipſa ſecandi.

Hoc ità ut fiat, etiam atq; etiam exopto.

Cùm autem optimè perſpectum habeam, non defuturos Zoilos & Ariſtarchos iniquos, qui hoc à me qualecunque

inſtitutum opus Theonino dente ſint arroſuri, quòd Veritas odium pariat; tractatum hunc ſub auguſtiſſimo Celſitudinis tuæ clypeo, totiusq́; inclyti Senatûs tutelâ edere volui: quem ut clementer & benevolè ſuſcipiatis, atque à viperinis Momi inſultibus tutum præſtetis, ſummâ animi ſubjectione & devotione mirificè à vobis contendo. Æternùm valete & feliciſſimè perpetuò gubernate. Datum Halæ Saxonum, anno Domini 1611. menſe Auguſto.

VV.

Reverendiſs. & Illuſtriſs. Celſit.

Subjectiſſimus

Magnific. Amplitudin.

Obſervantiſsimus

Laurentius Hofmanus

Phil. Med. & Cheir. D.

LECTORI CANDIDO ET BENEVOLO S.

HAud mihi ſuccenſebis, Lector candide, quòd hoc, uti vides, genus argumenti mihi ſcribendum ſumſerim, cùm id vel fronte primâ non tantùm putem, ſed & ſciam honeſtum, utile & neceſſarium. Invenies meherclè hodiè vix ullum literatum, literatorem, idiotam, mulierculam, infantulum, qui Chymica ſi non crepet, crepare tamen non audeat. Eâ in Chymiâ etiam aliquid me cognoviſſe, (φθόνος ἀπέςω καὶ νέμεσις) profiteor.

Jam verò non nobis ſolùm nati ſumus, ut ajunt & Plato in quâdam epiſtolâ ad Architam Tarentinum, &

Flos illibatus populi, Suadæq; medulla

Cicero: ortûsq; noſtri partem ſibi vendicant parentes, partem amici, partem etiam, nec eam minimam, Patria. Dicam ergo ſincerè quod

res

res eſt: Non nolui ego mearum rerum ſatagere & conſulere pluribus, putà mihi ipſi; conſcientiæ, patriæ dulciſsimæ, amicis: tandemq; & vobis Medicaſtri cacochymici, ut inſulſi ità & inſipidi, gratificari mens fuit.

Vos itaq; , qui ultimi eratis, in enumeratione cauſarum impulſivarum, cacochymici: vos, inquam, primò progredimini, aliàs ſanè nec primo, nec ultimo, nec intermedio digni loco, ſed infra omnes mortuos longè amandandi. Medicaſtros vos appello, medicorum enim nomine indignos judico, ſequutus Athenienſes, qui nomina juvenum fortiſsimorum Harmadij & Ariſtogitonis, qui libertatis recuperandæ gratiâ, Hippiam Tyrannum interficere aggreſsi erant, ne unquam ſervis indere liceret, decreto publico ſanxerunt: quoniam nefas ducerent, nomina libertati patriæ devota, ſervili contagio pollui. Medici haudquaquam eſtis; nec re, nec nomine. Medicina non ſolùm ars eſt medicatrix, ſed & meditatrix. Vbi, obſecro, profundæ veſtræ meditationes, ubi ſin-

gulares obſervationes? altiſsimum hîc ſilentium, & pluſquam Pythagorica ἐχεμυθία. Ars medicatrix ſit etiam meditatrix. Nihil certè in intellectu, quin priùs fuerit in ſenſu, juxta Phyſicos. Arctiùs vos premam è doctrinâ Logicorum. Tres ſunt mentis noſtræ operationes, 1. τῶν ἀδιαιρέτων νόησις, 2. σύνθεσις καὶ διαίρεσις, 3. διάνοια. Diſcurſus & meditationes medicas vobis arrogatis, cùm juxta primam mentis operationem nunquam ſtudia medica aggreſsi ſitis. Quòd ſi quandoq; (rarum contingens id eſt) veſtrûm aliquis ea hoc aggrediatur modo, tales tamen vos geritis, quibus Scaligerianum illud conveniat: Eſtis
Exerc. 307. Sect. 21. *vulpes, quæ vitreum lambunt vas, pultem non attingunt. Si ergo jam juxta primam operationem mentis vix eſtis medicaſtri ſuperficiarij, quid futurum de reliquis, ubi ſemper poſteriora à primis catenâ quâdam aureâ dependent? Sed hæc reticerem, niſi inſimul viderem cotidiè, quòd multi à vobis callidè circumveniantur, miſerè intoxicentur, enerventur,*

non rarò etiam crudeliter interficiantur. Quî, quæſo, eò impietatis & infidelitatis poſſem procedere, ratione cujus ſi in campo vel ſylvâ latrones conſpicarer, viatores obviantes non præmonerem? quâ conſcientiâ ipſos celarem, vel celando annuerem? quæ autem diſsimilitudo inter latrones & tales chymicaſtros? nullâ planè, niſi quòd fortaſſe illi in montibus & ſylvis, hi in urbibus deprædentur, ut Galenus inquit prænotion. lib. ἰατροὶ ἀπαίδευτοι μόνῳ τούτῳ διαφέρουσι τῶν λῃστῶν, τῷ κατὰ τὴν πόλιν οὐκ ἐν τοῖς ὄρεσι κακουργεῖν. *Imò latronibus longè ſunt nocentiores, judice eodem, quippe cùm hi pecuniam tantùm viatoribus, non tamen impunè eripiant, illis, ſi vitam & ſanitatem hominibus eripuerint, cum mercede gratia quoq; referatur.*

In Medicinâ & ſcientiâ & conſcientiâ opus eſt.

Vobis itaq; ô Chymicaſtri, non parum quoq; conſulo, dum vos amicè adhortor, ut impoſterum Spartam quam nacti eſtis, unicè exornetis, tam audacia, mendacia & ſeſquipedalia verba non ampliùs funditetis, honeſtos &

eruditos Medicos non contemnatis & mille ludibrijs afficiatis, à pharmacorum præparatione & medicinâ factitandâ abſtineatis, ne Deum in cœlis offendatis, bonam famam perdatis, conſcientiam & animam polluatis, & ſic pleno incitatoq; curſu in Stygias undas irruatis.

Heîc mihi objicietis, me vobis facere injuriam, quippe qui nulli mortalium ἐκ προαιρέσεως *noceatis, multò minùs aliquem voluntariè interficiatis, ſed conſilia veſtra omnia pro modulo prudentiæ veſtræ in ægrorum ſalutem dirigatis. Verùm hæc excuſatio admodum calva eſt, nimisq; frigida, ſub ipſo etiam ſolſtitio æſtivo: ſiquidem vos non legitimè à* DEO *ad medicinam vocati eſtis, ſed alius ad hanc, alius ad aliam artem, utpote qui pleriq; alias artes antehac exercueritis, & vocationes veſtras deſerueritis: quomodo ergo vos benedictionem divinam in actionibus veſtris ſperabitis? Si verò in Academijs, quæ Cæſareæ Majeſtatis & Pontificis Romani gaudent privilegijs,*

giis, per viros laudatos, omniq; laude majores, & jurejurando fidelitatis obſtrictos, liberè medicinam faciendi maximè idonei judicaremini, inſuper juramento polliciti eſſetis, vos cuiq; ægro pro diſcretione veſtrâ conſulturos, tunc legitimam vocationem obiretis, ſuperiùs memoratâ objectione bonâ conſcientiâ vos defendere, & ubiq; locorum Medicinam facere poſſetis: Aliàs impoſtores atq; imperiti Thraſones, Medicaſtri, Tenebriones, & Lucifugæ non immeritò auditis, quibus Deus ſapientiſſimus potiùs ad pœnam peccati, quàm ſalutem hominum uti ſolet. Cujus ſanè rei indignitas hanc mihi ſatyram extorſit:

Gal. in fine prognoſt. τὸ μὲν μηδέποτε ἁμαρτάνειν, μεῖζον ἢ κατ᾽ ἄνθρωπον: τὸ δ᾽ ὡς ἥκιστα, τεχνίτου μόνου.

Crede ratem ventis, corpus ne crede Chymiſtis,
Eſt tali chymicâ tutior unda fide.
Veſtrûm nemo bonus, vel ſi bonus obtigit ullus,
Neſcio quo fato res mala, facta bona eſt.

Parodia ex Petronio.

Non igitur ægrè feretis, vos acerbiùs à me quandoq; reprehendi, ego enim tanquam amator veritatis tacere non potui. Amicus Socrates, amicus Plato, veritas tamen magis

l. 1. Ethic. Nicom. c. 6.

ami

amica. Nihil commemoro, quàm quod vel ipſe viderim, expertus fuerim, vel ab alijs fide dignißimis perceperim. Nemini facio injuriam, neq; injurioſè aut hoſtiliter quicquam dictum velim, lapides projeci inter medios canes, ſi quem fortè offenderim, ille procul dubio latrabit. Conſultius fuerit non latrare, ſaxum enim ille moloſſus mordebit, quicunq; latraverit. Sic ergo, dum vobis, Tenebriones, conſultum cupio, meæ inſimul conſcientiæ ſatisfeciſſe me ſtatuo.

Patriæ meæ conſulo, eamq́; re conſilioq́; pro modulo meo juvo, dum Sereniſsimum Principem, & Senatum inclytum ſubmiſſè & devotè moneo, ut è ſegete medicâ iſta Zizania eruncent, nihilq́; prius ſibi ducant & antiquius, quàm ut ſubditorum ſuorum cervicibus hujuſmodi barbaros hippocentauros & Cyclopas depellant.

Amicis quoq; conſulo, dum fideliter illos admoneo: amici enim eſt monere, ut omnes ſibi deinceps ab hujuſcemodi viperinis Medicis &

Ichneumonicis medicaminibus cavere diſcant, viroſq́ bonos, doctos & expertos preſſi morbis in conſilium adhibeant.

Tu verò, Lector benevole, hoc à me inſtitutum opus, ſi æquâ lance ponderaveris, Theonino dente vix arrodes, ſed potiùs approbabis & candido accipies animo. Doctioribus quippe anſam dare volui, hoc argumentũ latiùs & politiùs tractandi. Ego enim potiùs adumbravi, quàm vivis coloribus depinxi. Tentavi, movi quod potui: qui ſæpè movent, aliquid aliquando promovent. Interim tamen certò mihi perſuadeo, neminem futurum, cujuscunq; etiã ſtatûs & conditionis, quin hanc qualemcunq; meam commentatiunculam cum voluptate & fructu ſit perlecturus: maximè verò arti Apollineæ initiati: hinc enim quid de Chymiâ fideli Medicinæ miniſtrâ ſit ſentiendum, quæ in Chymicorum medicamentorum præparatione & adminiſtratione vitanda, quæ amplectenda ſint, perdiſcent. Quòd ſi laboribus meis benignè faveris, & conatus meos proba- Errores Chymicaſtrorum præbent initium uberioris ſapientiæ.

 veris,

veris, ad alia longè majora ſtimulum mihi addideris. Hâc in ſententiâ his fruere, & benè ac feliciter vale.

ZOILO SANAM MENTEM.

Μὴ τοῖς ἡμετέροις νεμέσα τοῖς ἐνθάδ' ἀγῶσι,
μήτε μ' ἐπεσβολίης, ζώϊλε, δάκνε τεαῖς.
Αὐτὰρ κἂν μεγάλοις τὸ θέλημά σοι ἔμμεν'
ἄρκιον, ἄχρις ὅτου λώϊα τῶνδε λάβῃς. (ἕαστον
ἢν δέ τι εὑρήκῃς πῃ σφάλμ', ἐμοὶ αὐτὸ παρίστη
ζώϊλε, παμμεγέθη σοὶ χάριν εἰσομένῳ.

VIRO CLARISSIMO,

MEDICO AC PHILOSOPHO EXImio, Domino LAVRENTIO HOFMANO Halenſi pragmatico, amico ſuo certiſſimo, de editâ diaſcepſi Chymicâ congratulatur

D. Henricus Ellenberger, Medicus Archiepiſcopalis Hallenſis.

QVisnam ſit melior Medicus, dubitatio mentē
Multorum tenet hæc, Pergamenine Galeni,
An Paracelſiacæ ſectator Chemicus artis:
Tu litem egregiè ſolers *Hofmanne* reſolvis.
Munere divino quondam Medicina reperta,
Sedulitate Patrum, Grajumq; Arabumq; labore
Edita, nil habuit quod huic ſuperaddere poſſet
Poſteritas; Ars una fuit, Methodusq; medendi
Vna, Galeniſtæ nomen, Chymicive perinde
Eſt habitum, ſectæ nullo diſcrimine facto.
Nunc ea diviſim; tanta eſt ſocordia gentis
Noſtræ, tractatur paſsim, ſatagitq; videri
Hic melior Medicus, Chymicâ qui nudus ab arte
Herbarum dubios; vulgo admirante; maniplos

Decoquit, atq; operâ committit Pharmacopœo;
Interea immoritur ſtudiis palletq́; legendo.
Alter at econtra, nullis doctoribus uſus,
Pæoniam male-ſanus init comprêndere famam,
Dum modò Fornacum fumo ſit tinctus, & uſq;
Sulphura, Mercuriumq́; crepet, Viviq́; metalli
Nomina, Cauſſarum ignarus normæq́; medendi.
Peccat uterq; tibi præclare *Hoſmanne*, ſed ille
Mitiùs, herbarum parvis qui viribus hoſtem
Aggreditur fruſtra, ſi morbus fortiùs inſtet.
Hunc verò meritò incuſas & vindice ſcripto
Cominus exagitas, ægros qui perdere natus
Funera funeribus cumulat, dum pharmaca cudit
Noxia, cæcorum pugnans more Andabatarum.
Tertius omne feret punctum, qui Dia vireta
Hippocratis, variis Chymicorum floribus ornat.

IN ERRONES PSEVDOCHY-micos, ſecreta & novam Medicinam crepantes, D. LAVRENTIO HOFMANNO, ſympatriotæ chariſſimo.

Hocce quid eſt? ecquâ, mi Hofmanne, *libidine tandem*
Mens hominum prurit? quo flagrat amore novandi
Omnia, quæ folijs mandata perennibus olim
Ingenijs præſtans, acriq́ labore Vetuſtas.

Egregiè

Egregiè ſanxit? quid enim? non ſola laborat
Nuſquam tuta fides, ac in contraria vulgi
Diſtrahitur ſtudia, & vix à cervice ruinam
Submovet: it reliquas par corruptela per artes,
Et majeſtati Veterum nova derogat ætas,
Tam pravi falſiq; tenax, quàm dedita rixis,
Ac ubi gloriolæ ſe ſpecula protulit uſquam,
Mille per errores nil non ſentire parata.
Aſpice morborum victricem Hippocratis artem,
Quam, miſeris ut præſidio mortalibus eſſet,
Languorum contra genus, & genus omne dolorum,
Quantum fata ſinunt, & inevitabilis ævi
Terminus, ipſe Pater quondam è tellure creavit,
Præcepitq; coli, vitæ quia poſtulet uſus:
Vt jacet? ut miſerè jam conculcata Cyclopum
Quorundam pedibus de ſe mutata recedit
Priſcum exuta decus, quo tot volventibus uſq;
Seclorum ſpacijs per totum floruit orbem?
Prodijt hâc etenim mundi vergente ſenectâ (tro,
Gens nova, credo equidem Stygij Phlegethontis ab an-
(Quippe nihil niſi Sulphur olent, flammasq; picemq;)
Qui longè provecti odijs, ardoreq; famæ,
Hippocratem, cujus cœlo propè gloria par eſt,
Non jam ferre queunt, neq; docti ſcripta Galeni;
Aſt abjuratâ veterum ratione medendi,

Exploſáq; fide ſenſus, rituq; tyranni
Ipſi inter ſeſe nova funditus omnia condunt.
Hos tibi, ſi neſcis, paucis, adverte, notabo.
Principiò genus obſcurum, ſed ſtemmata vulgò
Mentiti generoſa crepant, in fornice nati.
Tum verò latebras, loca convenientia fraudi,
Semper amant, & ſola colunt gurguſtia ſemper,
Mutantes perſæpè larem, neq; longius iiſdem
Vrbibus hærentes, ſcurrili more planorum,
Qui cœtu in medio, quum plebs denſiſſima circùm,
Theriacam cantant, ac admirante popello
Serpentem innocuum ſervatum in pyxide monſtrant.
Non adeunt igitur Muſarum caſtra, nec audent
Cum doctis conferre pedem, validoq; viciſſim
Argumentorum conflictu elidere verum:
At ſibi diffiſi vincunt ſine judice cauſſam,
Et pæana canunt ipſi, ſeſeq; coronant
Victores magno clamore. Quod ante tribunal?
Nimirum vulgi, cujus ſeſe auribus aptant,
Pollicitiſq; ſibi mirè arridentibus addunt.
Namq; & promittunt (quanquam natura reclamet,
Vt quæ ſola poteſt rerum traducere formas)
Informi ex maſſâ plumbi liventis, & ære,
Argenti atq; auri precioſa creare metalla.
O impoſtores, ô ad mendacia nati,

Quis

Quis quæſo veſtris hanc vim fornacibus afflat?
Vnde potens carbo, brevibus qui conficit horis,
Quod per mille vices ſolers natura ſub ipſis
Viſceribus terræ, multo vix tempore conflat,
Lumine ſtellarum vario, ac cœleſtibus uſa
Aſtrorum auſpicijs, & ſemet in omnia vertens?
Ergo nec immeritò ſtirps ô infanda Gigantum,
Qui ſemper, nunquam quod habetis, conditis aurum,
Sudati vobis noctuq; dieq; labores
In tetrum expirant fumum, & patrimonia tandem
Omnino in cineres meritò decocta reſidunt.
Aut ubi res fuerit perbellè geſta, profectò
Hæc operis veſtri ſumma eſt, omniſq; poteſtas,
Fallaces auri mentirier arte colores.
Idq; adeò coràm repetitus detegit ignis,
Qui fucum multo carbone, diuq; paratum
Abſtergens penitùs mox æs in priſtina reddit.
Quid miranda tibi veſanæ dogmata ſectæ
Cætera pertexam? grex carbonarius iſte
Bis duo cunctarum quæ ſunt primordia rerum,
Indubitata Sophis, ipſo compertaq; ſenſu
Abrogat, & nobis è Sulphure feceq; vini,
Et micâ Salis, argentiq; volubilis undâ
Cuncta ſtruit. Nunquid bella hæc elementa videntur?
Quæq; vel excipiat non deficiente cachinno

Demo-

Democritus? nec enim prima hæc cunabula rerum
Exiſtunt, nec in hæc leto conſumta feruntur
Omnia, quum longè prior his ſit terra, ſit aër,
Sit vagus humor aquæ, ſit cœlo proximus ignis.
Quò minùs id mirum, ſi diſſentanea vero
Eliciunt, ſeſeq; operoſis nexibus ipſi
Involvunt, primum qui mox ad limen aberrant,
His à principijs adeò fallacibus orſi,
Vnde nihil, niſi falſa ſequi diſtortaq; poſſunt.
Fortè roges autem, quânam caligine preßi
Ad veri nequeant oculos extollere lumen:
Eſt (reor) in cauſsâ, cui ſe ſuaq; omnia debent,
Fumus, & exiliens ardente favilla camino,
Quæ feriunt, dubiâq; oculos ſub imagine ludunt.
Nam ſedet aßiduè dum cætera turba Galeni
Inclinata libris, pluteos dum conſulit omnes,
Dum veniente die, dum diſcedente laborans
Palleſcit ſtudijs: Paracelſo nata ſatore
Inclyta poſteritas nigrum ſedet ante caminum,
Et ſpeciem fumi ſe proripientis acutè
Contemplans animat ventoſis faucibus ignem,
Carbonesq; ſtruit. DI tale avertite monſtrum:
Dixeris Æthiopes, adeò fuligine ſplendent.
Iam tibi ſi, magno quæ pollicitantur hiatu,
Effari pergam, texenda vel Ilias eſſet.

Heu

Heu mihi, nodoſas nam quot ſoluere podagras?
Carnivoramq́ luem, cancros? & totius unum
Corporis ulcus atrox ac inſanabile, lepras?
Quot captos oculis? obſtructis auribus ortos?
Officioq́ pedum, linguæ vel munere caſſos,
Arte novâ optatæ mox reſtituêre ſaluti?
Quid ſi iidem certent Phœbum ſuperare medendo?
Et mirum certè, niſi functos corpore manes
In lucem revocent etiam, prædamq́ Charonti
Indignabundo eripiant, ſuperisq́ reducant.
Ite igitur miſeri (quis vos excludit ab aulis?)
Ite ſalutiferæ ſi tanta potentia dextræ,
Nobilium commune malum, ſanate podagram.
Meßis ibi ſiquidem vos expectabit opima,
Et nummi ſpes major erit, laus, famaq́ major,
Quàm ſi carbones falſo perdatis in auro,
Tam miſerè vitam in fumo, tenebrisq́ trahentes.
Aut ſi tale nihil, ceu res docet ipſa, poteſtis,
Ne ſic, ne ſtibij præſens laudate venenum,
Vt fruſtra ſapiens mundi Deus ille Monarcha,
Vel quæ terra parit, vel quæ naſcuntur in undis,
Foßiliumq́ genus, nec non genus omne animantum,
E nihilo poßit fors procudiſſe videri.
Est medicaminibus nimiùm vis ſtrenua veſtris,
Quæ crudosq́ boves, & corpora vaſta gigantum

Enervare queat, nimiúmq; frequenter anhelus
Ex illis æger vitam cum ſtercore ponit:
At non idcirco reliquorum elangvida virtus,
Nec ſine dote ſuâ Deus hæc produxerit. Heus tu,
Nónne ubi Mandragoram largè depaſcitur urſus,
Formicarum ingens mandit ſub dentibus agmen?
Lubrica quid ſerpens? annon exuta ſenectam
Vere novo, hybernis ubi ſeſe evolvit ab antris,
Viſum acuit Marathro? nónne aggreſſura colubrum
Pro clypeo Rutam muſtela induſtria ſumit?
Dente timendus aper, Lethæa ubi ſemina diri
Hauſit Hyoſcyami, cancris ſibi prorogat ævum?
Ecquid culminibus quæ gaudet hirundo domorum?
Certam nunquid opem cognomine ſentit ab herbâ?
Ergo quis hæc? quis te crepitante Ciconia roſtro,
Quæ ventrem ſalsâ Neptuni proluis undâ,
Mercurium docuit, cruciaréq; Sulphura flammis?
Quis Stibij varias componere in ignibus offas?
Anne opifex verò mens illa ter optima, terq;
Maxima, quum brutis hæc eſſe ſalubria fecit,
Non homini, cujus velut eſt ſub numine terra,
Cætera & ingentem famulantur cuncta per orbem,
Condidit hæc eadem, juſsitq; repellere morbos
Sorte pari? Valeant procul ô, qui talia dictant.
Me me Hippocratici tecum, mi Hofmanne, *libelli,*

Me Medicina juvet naturæ è fontibus hauſta,
Quam ratio fulcit, quam longior aſtruit uſus,
Quam tot purpurei, terreſtria numina, Reges,
Tot magni coluêre duces, primiq́; Sophorum.
Nec mihi deſpicitur quamvis incognita Græcis,
Flammula rapta Iovi, Chymice, *artis fida miniſtra*
Illa, nec imperium in dominam affectare ſuperba,
Quin Divûm dextras, medicamina grata tenellis
Omni ſedulitate paret, medicamina ſolvens
Fecibus impuris, & inani pondere terræ,
Exiguâq́; chymos compingens mole ſalubres.
Cœlitus illa data eſt mortalibus à Patre lucis,
Lætitia ægrotis, gravium medicina dolorum.
Hanc quisquis temnit, ſacra Iovæ munera temnit
Impius, inq́; DEVM malè gratus & eſt abſurdus,
Vt dubitem, Anticyriſne tribus ſanare ſit iſtum.
His Hofmanne *vale, & Spartam, quam nactus*
Non ulli parcens operæ, nulliq́; labori, (es, orna
In commune bonum. Deus, en, Deus æthere ab alto,
Cunctorum vindex operum, mortalia ſpectat,
Caſtigatq́; malos, & ſancit præmia rectis.

IOAN. SIGLICIUS D.

QVàm Dominæ multò feliciùs omnia cedunt,
Si Famulæ concinnam experiatur opem:
Tam Medicus longè meliùs tractaverit ægros,
Si fuerit Chymicis clarus ab auxiliis.
Eſt medica ars Domina: at domina haud ita proſpera, ab arte
Ni Spagyrâ famulas ſentiat ipſa manus.
Perge igitur blandum in Famulam defigere vultũ
Hofmanne, ut Dominam demereâre bonam.

Adamus Bruxius D.

MVndus vult falli: ſed væ, qui fallit; at illi
Dñ benè, qui, ne quem fallat Agyrta, cavet;
Ceu cavet Hofmanus, *Medicæ flos ille juventæ,*
Invidiæq; novus (ſed ſine clade) ſcopus.
Felix ô Lector, ſi cautum hæc cautio faxit,
Proq; ferâ veram cœperis ire viam:
Ito: redux grates HOFMANO *dicere, grates?*
Quin cupies vultus ponere marmoreos.

Laurentius Dehm.

AD ACERRIMVM SANÆ Chymiæ Aſſertorem.

HAc perplexa tenus tenuit ſententia mentem,
Et Medicis dudum factio bina fuit.

Semper

Semper ab *Hippocratis* ſtetit altera partibus, artem
Qui prior excoluit, quemq; *Galenus* amat,
Principiis nixus geminis, Arabesq; ſecuti
Hinc minimè latum tranſabiêre pedem;
Seclaq; contendunt noſtratia fortiter illis,
Ceu decet infractos, invigilâſſe libris.
Aq; *Theophraſti* ſtetit altera cornibus, alti
Ignea quem virtus prodidit ingenij.
Quis dirimet verò tandem? quis fortè Palæmon
Obveniet liti? quis Rhadamanthus erit?
Exſerit *Hofmannus* vim nobilis indolis auſu
Heroo, auratus ceuq; repugnat *Eques.*
Hîc opus eſt calamus dentataq; charta, Cyclopum
Coelipetûm validus dux Polyphemus adeſt.
Ariete qui celſas Chymiæ malè concutit artes
Totius, egregium qui labefactat opus.
Proſilit inſtructus certi diſcrimine teli,
Arma quibus prohibet bellica, noſter *Eques.*
Quid tibi cū Chymia? malè forte-an audit? adeſto,
Congredere, in pugna cominus enſis erit;
Ecce feri atq; cave, tacito ne tutus ab ictu (dunt;
Sis minùs; in Chymiam vulnera nulla ca-
Sed veram Chymiam, rata quæ fundamina, planā
Quæ methodum monſtrat ſcitq; tenere mo-
Non illā ſpuriam decoctricemq; monetæ, (dum;
Aurea quæ ſpondet vellera ſemper inops.

Sic habet & captus valedicere cogitur hoſtis;
Condolet ac damnum flet Metanœa ſuum.
Victor it *Hofmannus*, curruq́; vehatur & auro
Dignus, & æterni dignus honoris *Eques.*
Dignus, ut ingenio calcaria ſubdat, & uſus
Atq; catachreſes didat ubique feras,
Ne fera tanta furat: ſed humi proſtrata vel omnẽ
Ætatem jaceat puncta dolore caput.

M. Valentinus Hartung
Lipſienſis. P. L.

ἄλλο εἰς τὸν αὐτόν.

SIc me ipſum altitonans, HOFMANE, Dieſpiter ipſe
Adjuvet, ut ſcripto hoc PANSOPHIA inſideat!
Nec mirum: Ingenuas nôras feliciter artes,
Dum tibi Teutonidum terra magiſtra fuit.
Fabricius docuit te in celsâ Antenoris urbe,
Corpora quî rectè diſſecuiſſe queas.
Hinc quoq; conjunxit tibi Gallia Quercetanum;
Filius Hermetis tunc ubi factus eras?
Impiger indè adiens diviſos orbe Britannos,
Dogmaticus fueras, inſimul & Chymicus.
Tandem in Rauriacis, Bauhino contribuente,
Tergemina in ſtudijs Laurea parta tibi eſt.

Quatter-

Quatternis ubi dignus eras : te patria terra
Prædicat & Chymicum, prædicat & Medicum,
Et tibi Cheirurgi debentur nomina docti,
Vt quoq; Philoſophâ Doctor ab arte clues.
Iam non difficile eſt, Chymicas dum diſcutis artes,
Tradere quæ bona ſint, quæq; cavenda alijs:
Id facis hoc ſcripto. Quidni verum ſiet ergo,
Quòd ſcripto huicce tuo Panſophia *inſideat?*

ἐυεργέτῃ meo meritiſs.
lubens meritóq; adpoſui

M. Caſpar Cholius.

DE VERO VSV, ET FERO ABVSV MEDICAMENTORVM CHYmicorum.

MEDICINA è ſuperis oriunda, omnium ſanioris judicij hominum calculo artium eſt nobiliſſima, adeoque Regina non immeritò indigitanda. (Nihil quippe in terris unquam pro judicio ſapientiæ Chriſti Medicinâ prodijt excellentius.) Hæc ſanè ſola artium contra fata depugnat languentibus vitam prorogat, ac deploratos velut ex Plutonis faucibus ereptos vitæ reſtituit. Cum enim poſt DEI verbum divinitus nobis traditum, nullum ſanitate præſtantius reperiatur donum: neque enim divitiarum, neque corporis, neque ullius rei alterius, ulla citra ſanitatem eſt utilitas, ut rectè ſentit Hippocrates: quis artem illam, quâ ſanitas integra conſervatur, ac deperdita recuperatur, regio titulo dignari nollet? Inculpatâ, me Hercle, ſanitate nihil deſiderabilius excogitari poteſt: nec cum Crœſi divitijs, nec cum auriferi Tagi & Pactoli arenis commutanda eſt: cujus laudem Ariphron Poëta Sicyonius his verſibus feſtivè decantavit:

Μετὰ σεῖο, μάκαιρα ὑγίεια,
τέθηλε πάντα, καὶ λάμπει χαρίτων ἔαρ.
Σέθεν δὲ χωρὶς οὔτις εὐδαίμων.

O ſanitas beata,
Tu ver facis ſuave
Fulgere Gratiarum,
Sine te nihil beatum.

Multas verò Meditrina habet adminiſtras ſeu amanuen-

Procœmium συστατικὸν illuſtratũ collatione impariũ.
Hipp. in lege c. 1.
Paracel. de melle.
Laus Medicinæ ἀπὸ τῆς τοῦ τέλους ἐννοίας.
Gen. 50.
Lib. 3. de diæta.
Medicinã creavit altiſſimus. Ecc. c. 38. Exod. 21.
ἰατρὸς φιλόσοφος ἰσόθεος.
Hipp. de elegantia c. 8.

ἐτυμολογία nominis Chymiæ.

nuenſes. Eſt earum fideliſſima Chymia vel Chemia, ut Suidæ placet & Codreno, vel quocunque eam dignari velis nomine. Vocatur enim & Halchymia, & Archymia Cœlio Rhodigino: Mageiria, Stageiria ſeu Spagiria Paracelſo. Definitur eadem, quod ſit Ars præparandi medicamenta, ita naturam movendi vim habentia, vt morbis citò, tutò & jucundè præ alijs mederi poſſit.

ὑπογραφὴ ſive deſcriptio.

Antiquitas & diuturnitas Chymiæ.

Si regiæ hujus artis antiquitatem & dignitatem ſpectes, viguit illa inde ab omni ævo, & ut nonnulli exiſtimant etiam tempore Jaſonis. Sapientum enim ingenio ex limpidiſſimis Hermeticæ & Hippocraticæ Philoſophiæ fontibus hauſta & prolata primitus: Regum deinde principumque ſtudio exculta, in liberalium ſcientiarum numerum relata, in ſacratiſſimum tandem Medicinæ complexum venit.

Cultores Chymiæ reges ac principes.

Myſticam hancce Philoſophorum medendi peritiam, Colchidis Reges avito patrimonio ſibi vendicarunt. Invictiſſimi quoque toto oriente famigeratiſſimi tùm reges tùm imperatores eandem ſtudiosè excoluère.

Fuerunt illi Attalus, Adrianus, Aurelius: fuerunt Ægypti reges propè ſinguli, Indi & Perſæ. Non ità pridem eandem penitiore contemplatione, manualique tractatione dignam æſtimarunt multi. Si quæris, quinam illi fuerint, habeto eos paucis.

Habebis enim Neapoleos regem Robertum: habebis Edvardum Regem magnæ Britaniæ: habebis Coſmum Medicen Magnum illum Hetruriæ, Herculemq; Ferrariæ Duces. Præſtò inſuper erunt Franciſcus Rex Galliarũ, Auguſtus Saxoniæ Elector, Marchiones Brandeburgici magno numero, Wûrtenbergici Duces, Haſſiæ

ſiæ Landgravij, & qui non? Excoluêre eam hi ſedulò excoluntq; etiam nunc. Accedit quod Gentiliũ Dij medici fuerint Chymici.

Utilitatem quid commemorem? cum illa ipſa ſolidæ Philoſophiæ fons, clavis ſapientiæ, medulla & anima Phyſices ac pharmaceutrices, Medicinæ radix & meta ad quam viri ſapientes collimarunt, à ſapientibus paſſim appellitetur. Chymiæ fructus. Muſetus. Paracelſ.

Alchymia eſt polita Meditrinæ columna. Hâc enim qui caret, is ſe habet ad verum Medicum, ſicut coquus porcorum ad coquum principum. Parac. in paragr.

Sine Chymia me-Hercle, Medicina exilẽ nunc temporis poſſidet majeſtatem. Hâc etenim unâ Dianæ lampade, Medicus plus cernit, quam vulgares Medici aperto ſole. Et quemadmodũ olim ex Amaltheæ cornu quicquid expetebatur, largiter ſuppetebat; haud aliter ex Chymiâ infinita bona identidem quærentibus cotidiè ſe ſe offerunt. Hinc non immeritò Spagirica ars nõ modo utiliſſima, quin potius neceſſaria habetur, ut ſine quâ ne vita quidem ſatis commodè duci poſſit. Hartmã. in orat. Heurnius

Si dicã quod res eſt, tot ſtupenda nobis Dei Opt: Max: opera patefacit, tot pandit naturæ arcana, tot antehac ignotas medicamentorum præparationes, herbarũ deniq; animantiũ, mineralium & omniũ penè rerũ abditos, & in ipſo naturæ ſinu recõditos uſus depromit, ut in genus humanum ingrati ſint, qui ſepultam illam velint. Theoph. Parac.

Hæc magnalia Dei in natura deprædicat; hæc veſtigia ejus per universũ gradiẽtis monſtrat; hęc divino beneficio per divinũ inſtrumentũ & admirabilia opera, Dei imaginẽ inter homines naturaliter admodũ repræſentat, facitq; Medicũ ἰσόθεον, καὶ πολλῶν ἀντάξιον ἄλλων. Hom. Ili. λ. Hipp. περὶ εὐσχημοσύνης. c. 8.

 Benè

Comẽndatio cultorũ Chymiæ. Pariſiẽſes. Aubert'.

Benè itaque faciunt, qui laudibus ad cœlum eam uſque extollunt, & in illâ, poſterioribus, proh dolor, ſeculis, tenebris pluſquam Cimmerijs obſcurata plurimum illuſtrandâ maximos labores exantlant: malè autem qui eandem Cacodæmonis inventum & culinam dæmonum eſſe deblaterant, eamque ad profundos manes uſque amandant, ejuſdemque indefeſſos cultores diabolos & horrenda naturæ monſtra indigitare nõ erubeſcunt: quæ tamen portentoſæ contumeliæ jamdudum à Gebro, Meſue, Iſaaco Hollando & alijs confoſſæ ac ſepultæ ſunt.

Iniqua imperitorum judicia de Chymicâ profeſſione. Pariſienſ.

Turpe dictu, quod multi Chymiam tanto cœperunt habere odio, ut ipſius ſolo audito nomine inhorreſcãt, & ſubinde vomere cogantur. Hos Muſetus ceu haleces ſale condiendos, & poſtea in fumo ſuſpendendos eſſe exclamat.

Videat quid egerit Cenſor Pariſienſis, qui Quercetanum impigrum Chymiæ cultorem, præceptorem olim meum, luce indignum & tanquam ingenij monſtrum, propter nova quædã & ipſius opinione inaudita opinionum portenta, in profluentem abijciendum judicat.

In Apologia. In Antiturquet.

Videat Riolanus quale piaculum commiſerit, qui Chymiam Anatomiam vocat Democriticam, qui tam caſtam virginem meretrici ſimilem eſſe ſcribit, quæ oblinenda ſit fuco, ut turpitudo ipſius celetur.

Verum multi de Spagirica tam temerè judicant, ut ruſticus ille Ariſtidem non notum, quod nimis injuſtè haberetur, damnare voluit. Alij tales lactucas aſininis ſuis labris guſtare nequeunt, ideò verbis ſeſquipedalibus

bus damnant,& caninâ quâdam invidiâ alios à pabulo, quo ipſis frui non licet,arcere ſatagunt.

Alij Sophiſtarum more omnia quæ ipſis non probantur, contemnunt: quibus tantum illud arridet, quod ſuum eſt: ſicut ſtultis ſua clava & tintinnabula placent. Parac. in præfat. de natura rerum.

Midas olim inter Pana & Apollinem carmine certantes,iniquus judex,aſininas aures,dignam mercedem latæ perperam ſententiæ reportavit: Utinam ô utinam hoc modo prodirent in publicum, qui tam atrocitèr in Chymiam debacchantur, & tanquam cæcus de colore judicantes,eam tam præcipiti ſententiâ reprobant.

Veniam merebuntur, ſi tam præceps judicium non de uſu,ſed abuſu artis Spagiricæ tulerint, qui tam prægrande indies capit incrementum, ut maximè verendum ſit,ne olympicus iſte theſaurus, in fraudem totius generis humani ſtygijs aliquando ſubmergatur undis.

Operæ itaque precium me facturum confido, ſi de Vero Usu & Fero Abusu medicamentorum Spagiricorum pauca dixero. Argumẽtum huj' commẽtationis.

Puella quo formoſior, eò plures habet, qui ipſam ambiunt, procos & amaſios: ita Chymia caſtiſſima & elegantiſſima Medicinæ miniſtra plures habet procos, quàm ipſa domina. Tritemi'.

Quis enim hiſtrio, miles, circulator? quis tonſor, ſeplaſiarius, balneator? quis monachus, mechanicus, mercator non Medicus videri prurit, Chymiæ procum ſe jactat, eique ſi poteſt ſtuprum inferre ſatagit? ſunt ij nequã homines nõ abſimiles procis Penelopes,qui cũ caſtiſſimâ dominâ potiri nequirent, ad impudicas di- Pſeudo-chymici quinam?

 verte-

vertebantur famulas. Hinc tot flagitioſorum hominum καθάρματα, impoſtores & ſanguinis humani hirudines tanquam ex equo quodam Trojano prodeunt.

Diſtributio ad dicendum propoſitorum.

Sed quò deteſtandum Spagiriæ abuſum dilucidiùs explicem, primò omnium de ipſis impoſtoribus pſeudochymiſtis ſcilicet, mox de perniciosâ ipſorum Medicinâ ejuſdemque materiâ malignâ, poſtea de erroribus quos in exhibendi modo committunt, tandem verò de egregijs effectibus, laudibus & ſpolijs, quæ reportant, ampliſſimis, paucis diſſeram.

Legimus quoſdam potu fontis Caballini repentè factos Poëtas: multi conſimiliter repentè fiunt Chymici, qui Chymiam ne à limite quidem ſalutarunt, & tamen noctuarum inſtar crumenis aſſident, quas emungunt, ut ſibi habeant prius id, quod pari confidentiâ atque impudentiâ polliceri audent alijs.

Parac. de cutis apertionibus.

Lemnius Pontan⁹.

Naſcuntur autem ſponte ut mures Ægyptij & ranæ, vel oriuntur ut pulices ex lotio canino: hinc fit ut nulla in toto terrarũ orbe amplior reperiatur familia, quàm Hermetis & Æſculapij. Hinc nulla gens medicis contemtior exiſtit: non quidem propter artem, ſed perſonas ex omni genere nequitiarum ad medicinam, ut ad ἄσυλον ἱερὸν quoddam confugientes. Unde non inconcinnè quidam dixerunt: Ars Medica hoc cum bonis regibus commune habet, ut benè faciat, & malè audiat.

Multi ſanè rudes & bonarum literarum planè ignari, ut aſini ad lyram ἀπαίδευτοι, cùm vix ignem fornaci rectè ſubijcere didicerint, & de ſacro Medicinæ fonte vix tantum, quantum canis crocodilos expaveſcens ſum-

ſummis labris ex Nilo, deguſtarint; lectis chartulis Paracelſicis tanquam Pſittaci & picæ garrientes, quaſi ex tripode de Hermete Triſmegiſto & Theophraſto Paracelſo pronunciant, & perfricta fronte morbos etiam contumaciſſimos curare audent: copioſi circumvagantur, & inſtar veſpertilionum apud principes & magnates, mendacio à Platone veritatis venatore Medicis permiſſo abutentes, mentiendo, mendicando & mulcendo ſeſe quandoque inſinuant; qui paulò pòſt ipſorum inſcitiam magno cum ſanitatis & opum naufragio experiuntur. Hi magni & potentes videri volunt, & verba ſeſquipedalia funditant, quæ tamen nihil artis, multum ambitionis & jactantiæ reſipiunt.

Falſarij Chymiæ.

Hipp. in lege φήμῃ μὲν πολλοὶ, ἰητροὶ ἔργῳ δὲ πάγχυ βαιοί.

Plato augaratur illas eſſe miſeras civitates, quæ indigent multitudine medicorum.

Hi ſimiles ſunt pſallentibus monialibus, quæ Pſalterium decantant quidem, ſed ſenſus ne gry quidem intelligunt.

Veriſſimum eſt, quod vir quidam eruditus de hujaſcemodi ardelionibus atque ſpurijs Spagiris profert: Chymia hodiè cogitur eſſe aratrum multorum ſe ſine honore ſuſtentare conantium, & Paracelſus ait: Chymia eſt ager omnium eorum, qui inhoneſtè ſe alere cupiunt, & nulla eſt ſus, quin in vineam Medicinæ roſtro ſuo graſſata fuerit. Et alibi vivis coloribus nebulones iſtos depingens, dicit: Hodiè in tribum Medicorum ſeſe ingerunt etiàm peſſimi quique & ignaviſſimi ſcurræ, venum ſua pharmaca obtrudentes, utcunq; vel quadrent vel commodent. Sic enim nebulones iſti ſecum cogitant: etſi quidem opus non ſuccedat, tamen excuſationem facilè inve-

Parac. in paragr. tr. 3. de Alch. Crollius.

Parac. in in defenſ. 4.

Stratagemata circumforaneorum Chymicorum.

invenies, nequitiam tuam Deo affingendo, aut culpam in ægrum transferendo.

Interim quicquid fiat, tibi pecunia adnumeranda ab ægris erit. Mediçina eſt ars ejuſmodi, addit Hohenheimius, quæ non niſi cum ſcientia certiſſima & experientia maximâ & pietate ſummâ exerceri à quoquam debet: Deum enim qui non metuit, is jugulando & furando aſſiduò pergit.

Quoniam verò Diabolus perpetuò ſacellum ſuum prope templū Domini collocare conſuevit, & omnibus mūdi ætatib⁹ pheudoprophetæ ac pheudapoſtoli veris admixti fuêre, quis tot innumeros mediçaſtros & ſpinoſos carduos eradicare poterit, cum præſertim ſecundum Catonem ſtulti multum imprudentiâ ſuâ eruditis & ſapientibus conferant: docti verò & animam ſale ſapientiæ conditam poſſidentes, nihil ſtolidis illis & ignavis proſint: ita in praxi medicâ ritè inſtituenda empirici & inſipientes Medici prudentibus non parum emolumenti præſtant: evitandorum enim quotidiana in ipſis elucent documenta. Ergò tot medicaſtros in noſtra quoque patria feramus, ut errores ipſorum cernentes & ſecundum methodum tanquam verum canonem & Lydium lapidem examinantes, methodicè & eleganter medicinam facere poſſimus: creſcant zizania ſimul cum tritico. Beatus ille, qui in loco Sareptæ ſedet, & ex pravis bona novit ſeligere: Mehercle rectam ille incedit ſemitam.

Parac. de morbis tartareis.

Characteres ſeu notę pſeudochymicorū.

Verum videamus notas, quibus tales ſtelliones chymici & triobolares Medici dignoſci queant.

Primò pſeudochymici plerique ſunt ſuæ profeſſionis

nis deſertores; ut parochi πολυπράγμονες, Juris apoſtatæ, pharmacopœi elatæ mentis, opifices ignavi, fabri ærarij verſipelles, aurifabri inepti, ſartores ebrioſi, fullones ſtupidi, Organiſtæ vulgares, patrimoniorum decoctores, dentifragi & tonſores garruli, atque alij ejus furfuris vani, rudes, & imperiti aſelli, qui cum bona ſua abligurivenrunt, vbique ferè terrarum, tanquam muſcæ circumvagantur, multa de benedicto illo lapide, cujus pater ſit ſol, mater luna, nutrix terra, decantantes, fruſtrà hiante ſemper ore, cum Tantalo poma illa fugacia captantes, montes aureos ſomniantes, atque Crœſi divitias ſpondentes, cum ipſi Iro & Codro pauperiores, vix panis cruſtam habeant, quâ eſurientem impleant ventrem. Verè igitur illis contingit, quod Alphidius ipſis prædixerat, ut conſumto per circulationem cerebro, pro tinctura colorem, pro lapide philoſophico ſaxum, pro theſauro carbones & cineres reperirent: & quis non admiretur efficacem hanc impoſtorum vim tranſmutatoriam, quæ ſapientes in moriones, ſanos in ægros, divites in pauperes, pauperes denique in fugitivos, velut altera Circe, transfert mendicos. Et Langius ijſdem penè laudibus ipſos exornat, cum dicit: Utplurimum ſunt fugitivi, pro carbonibus cineres, pro metallis & auro cinerum favillas micantes in furno poſt ſe relinquentes.

Quoad perſonã. Protogenes ex unica linea novit Apellem.

Lib. 1. Epiſt. 53.

Hi nebulones in cauſa ſunt, ut Chymia non ſolum malè audiat, ſed etiam Chryſopopœia planè contemnatur, & pro ocioſorum hominum ſpeculatione aut inani inſanæ mentis ſomnio ac deliro figmento habeatur: cum tamen ejuſdem fallere neſcia veritas, autoritate, exemplis & rationibus firmiſſimis ſatis ſuperque probari poſſit.

Digreſſio εἰς χρυσοποίιαν: ὅτι ἐστι. τέχνη μιμεῖται τὴν φύσιν. Ariſt. 2 φυσ. ἀκροασ. 2.

Reliqua verò Pſeudochymicorũ turba, quibus Juppiter genus, Venus decorem, Pallas ſapientiã, Mercurius eloquentiam, Apollo veram medicinam ſcil. conceſſit, animadvertẽs Chryſopopœos magno haberi odio, vulpinam induens pellem, & vitreas verborum bullas jactans, doctoratus etiam quandoq; præ ſe ferens inſignia, in publicum prodit, quæ eadem profeſſa, fraudibus tamen ſolis ac dolis, admiſto interdum ſecreti cujuſdam medicinalis ſalubri uſu, ſe ſuſtentat.

Inſignia virtutis multi etiã ſine virtute aſſecuti ſunt. Cic. li. 3. epiſt. 41.

Et quo hujuſcemodi impoſtores doctiores habeãtur, dicere non erubeſcunt, priſcorũ Philoſophorum more ſummæ Medicinæ cognitioni, ſtudio & perquiſitioni ſe conſecrâſſe, non eo fine, ut arte illâ ſpagiricâ imperfecta metalla in perfecta tranſmutarent, ſicq; diteſcerent, ſed ut ægros homines ſanarent, vitamq; illorũ maximè diuturnam in gloriam DEI vitæ datoris, & ad præfinitũ ab eodem terminum incolumem conſervarent: optabilius enim & ſanctius eſſe clamitant, hominẽ ægrum ſanare, & in ſanitate diutius conſervare, quàm opibus diteſcere, & illarum affluentiâ ac cupiditate inexplebili forsàſe animæ ſalute tandem excidere.

Medici imperiti omnia ſciunt & poſſunt apud indoctos. Flaccus.

Hiſce & ſimilibus verborum lenocinijs demulcentes veriusque faſcinantes, animos hominum ad ſe allicere, ſicque favorem ſibi conciliare norunt. Licet etiam ipſis aures ſint aſininæ, oculi ſerpentini, os putidum, pectus columbinum, lingua viperina, Therſitis caput, & animus furijs exagitatus, tamen ſuâ ſibi opinione belli & eruditi, tanquam illi qui ſtrychnũ comederunt, ſine rivali invicem ſe redamant, atq; ſemetipſos contra Catonis admonitionem collaudant: reliquos verò Chymicos

Plaut⁹ in Bacchid. Virtute ambire oportet nõ favitorib. ſat habet fautorũ ſẽper qui rectè facit.

micos & naturæ cōſultos medicos ſycophātæ iſti Theonino non ſolum dente arrodunt, ſed illos etiam, veluti Gallus Æſopicus alienas peñas, planè cōtemnunt, ipſosque eruditione & prudentiâ longè inferiores judicant; ſed lubenter dabimus illis audaciſſimis Theſſalis, quod in aucupandis pecunijs, vendendis venenis, excolendâ linguâ garrulâ, abſtergēdâ vecundia, peritiſſimos quosque medicos multis paraſangis antecellant; ubi enim ipſis non ſuppetit ingenij acumen, nec Venus hominum conciliandi voluntatem adeſt, mox in auxilium accerſunt, garrulitatem, Thraſonicam jactantiam, ſycophantiam, glorioſam aſſentationem lenocinationem, & id genus alia, ut ſic tandem ſoli emunctæ naris Athenienſes audiri poſſint, aut verius velint.

Seneca. Contemnere omnia aliqs poteſt, omnia habere nemo poteſt.

Curios ſimulāt & Bacchanalia vivūt.

Ne verò turpiter ignorantiam ſuam prodant, ridicula ſua in Eleuſinijs ſuis ſacris inter ſe muſſitant, omnia, ut dictum eſt, veterum placita aſpernantur, communes præceptores Hippocratem & Galenum planè reijciunt, (quib. monſtroſæ adeò imperitiæ Mulomedici indigni ſunt, matulā ut porrigant) novā medendi methodū ſuæ ſtultitiæ congruentē confingunt, aliaq; principia veris Chymiatris ignota vel quaſi, comminiſcuntur (cùm tamē ſecundum Socratē nullum ſit evidentius inſcitiæ argumentū, quam à viris ſapientib. diſſentire, καὶ τί μεῖζον ἀμαθείας τεκμήριον, ἢ ἐάν τις τοῖς καλοῖς ἀνδράσι διαφέρῃ);) ſicq; diſputationes & examina doctorū virorū callidè & aſtutè ſubterfugiunt. Deceptas etiā ſuas, Receptas inquā, nemini oſtendunt, prætendentes ὅτι οὐ δεῖ τοὺς μαργαρίτας ἔμπροσθεν τῶν χοίρων βαλεῖν, tantaq; ſecreta nō cuilibet eſſe revelāda, ideoq; arcana ſua intra ꝓprios lares cōficiunt; multi etiā

Curio in Hermotino.

Matth. 7. verſ. 6.

 propo-

propolarũ inſtar pharmaca in pharmacopolijs emunt, & alijs pompoſis inſignita nominibus, pro ſuis, precio ſatis magno, divendunt.

Si quis ſe ipſis opponat, tanquam mures in pice hærentes, ad aſylum ignorantiæ, propriam ſcil. experientiam, quæ tamen potius eſt audacia, teſte Hippocrate, ſemper artis ignorantiam arguens, & protervitas, quàm vera experientia (omnium quæ eſt artium mater legitima) & à Fortuna volubili ipſis per multorum mortes & acerbas cruces parta, confugiunt, & mendaciſſimis experimentis imperitiam ſuam obtegunt, immemores vulgaris verſiculi:

In lege.

Paracel.

Plato 6 de repub. Fieri nequit. ut eadem ſit natura Philoſophica & mendax.

Non Medicos tantum facit Experientia doctos:
Qui facit artifices uſus, ab arte venit.

Et mihi ipſi evenit, quotieſcunque cum hujuſcemodi agyrtis & inſulſis medicaſtris contuli, illorumq́ue medicamenta validiſſimis rationibus rejeci, miſeri Davi ad propriam experientiam & inertis vulgi applauſum Theriacopolarum more, confugêre; acciditq́ue illis quod Cumano Leoni, qui pelle ſuâ nudatus apparuit aſinus. Et quid mirum, cum nec Grammaticam, nec Dialecticam, nec Phyſicen unquam didicerint, multò minus Hippocratis, Galeni, reliquorumq́ue Medicinæ principum Græcorum & Arabum ſcripta perlegerint, Paracelſum verò vix per tranſennam inſpexerint, aut obiter tantùm legendo percurrerint: cum tamen ipſo Paracelſo dictatore, ſola Philoſophia boni & generoſi Medici genitrix ſit, & Medici Philoſophiæ & Aſtronomiæ ignari, non pro Medicis, ſed pro impoſtoribus habendi ſint, qui velut muſcus ex arborum ramis enaſcun-

In præfat. de generat. hom.

In tract. de Aſtronomia.

enaſcuntur. Sicut enim Romam viæ multæ ducunt, quæ Romæ omnes conveniunt, ſic viæ etiam omnes h. e. artes in eleganti Medico junguntur. Medicus enim artium eſt centrum. Nunquid ergò malè facit Quercetanus Chymicus noſtro ævo celeberrimus, cum odio pluſquam Vatiniano oderit ejuſmodi hominum genus, quod ſine ullâ doctrinâ ex Hippocratis & Galeni fontibus hauſta medicinam exercendam temerario ſuſcipit auſu.

Ipſi verò Chymicaſtri plerunque cum Moriene & Diogene omnia ſua bona ſecum portant, paucis contenti medicamentis, quæ vel à ſcelerato Chriſtianorum ſicario Judæo precio redemerunt, vel avito patrimonio ſibi vendicarunt, aut à vero Chymiatro, cujus tamen præceptores, non diſcipulos ſe non rarò graculi iſti profitentur, impetrarunt: ſicque ex unâ fideliâ, inſtar Æſchinis Socratici multas dealbant parietes, uno eodemque medicamento plures curant morbos, & ut Paracelſus ait, unâ dolabrâ omnia ligna lævigant, unum ephippium omnibus equis adaptant, & omnibus ægris unam eandemque cantilenam occantant, ἑνὶ καλόποδι πάντας ὑποδέουσι, cum Hippocrate Fortunam ab operibus ſuis nunquam excludentes, θέλουσι γὰρ τύχης στάλαγμον, ἢ φρενῶν πίθον.

Taceo, quod nonnulli ἀνάλβητοι nec legere nec ſcribere poſſint, ut ſuperiori anno quendam vidi, qui ſe promotum Doctorem profiteri non erubebat, cum autem ab amico quodam intellexiſſem, ipſum planè ἄμουσον & τεχνιγραφίας imperitum eſſe, illud percontandi causâ (vix enim crediderim, tàm audaces reperiri Thra-

Parac. de caduco matricis. In diætetico cap. ult.

πάντα μία κόνις

De morb. tartar.

ἡ φιλοχρημοσύνη πάντων μήτηρ κακοτήτων.

Brunner.

Gal. 9. met. c. 16.

De loc. in hom.

Ariſt. ubi plurimũ eſt fortunæ, ibi minimũ prudentiæ.

ſones)ſtudioſum ad illum rogandum ablegabam, ut libro ſuo μνημοσυνικῷ nomen ſuum inſerere non dedignaretur, ipſe verò ſe honeſtè excuſavit dicendo, ſibi nihil magis eſſe adverſum, quàm atramento manus commaculare & ſcribere: Ut verò benevolentiam ſuam erga illum declararet, promiſit ſe curaturum, ut inſignia ſua in librum prædictum depingerentur.

Utinam tales Chymici ad haram magis quàm aram Hermeticam idonei, fideles præceptoris ſui Paracelſi admonitiones conſiderarent: tunc enim omninò ſperarem futurum, ne ex immaturâ aliquâ operum Paracelſicorum, in ſui proximiq; perniciem lectione, tàm ſubitò, inſtar fungorum, Medici evaderent: Medicus enim, inquit Theophraſtus, naturæ æmulus & conſultus, quouſque mundus extenditur, pergere debet, non homini vel libro unico addictus. Et alibi dicit, ſe doctis & expertis ſolum Medicis, non rudibus, audacibus & ſpurijs medicaſtris qui vix legere didicerint, ſcripſiſſe. Et alibi: Licet univerſas totius mundi artes comprehendiſſem, & in librum deſcripſiſſem, tamen ne ſic quidem quenquam horum quicquam docuerim.

In parag. tract. de Alchym.

„

„

. De ca- lucis.

Denique Pſeudochymiſtas crucis non abſimiles ex hoc etiam cognoſces, quod ſe omnia ſcire jactitant, immemores primā ſapientiæ humanæ laudem eſſe ſi ingenuè fatearis te multa neſcire. Non igitur immeritò pro temerarijs habendi ſunt illi, qui medicinam univerſam, pelagum ſcilicet ingens, ſe tenere autumant. Imò novi quendā, qui ſe θεοδίδακτον omniū ſcientiarū Monarchā, Medicumq; medicorum vocitare non erubuit: fortè ex imaginatione illâ, quâ Archaſius uniuſcujuſq; eruditi

Parac. lib. de vita longa.

atq;

atq; prudentis hominis ſcientiã atq; prudentiam attraxiſſe dicitur. Profectò ſi Deus ipſi vitam diuturniorem conceſſerit, vereor ne Menecratis Syracuſani Medici monſtroſè ſactuoſi & fatui veſtigia ſequatur; quem legimus tantâ fuiſſe vanitate & ſuperbiâ, ut ſe non tantũ Jovis nomine indigitare, ſed etiam nunquã in publicũ, niſi ſuis, quos curaverat, habitu Deorum veſtitis ſtipat⁹, ipſe verò purpurâ veſtitus, aureâ coronâ decoratus, ſceptrum deniq; in manibus geſtans prodire ſolitus fuerit. Sed egregiè ſuperbia ipſius aliquando à Spartæ rege ludibrio fuit expoſita, cum enim aliquando ad Ageſilaum ſcripſiſſet: Menecrates Jupiter Ageſilao ſalutẽ: reſcripſit: Ageſilaus Menecrati ſeu Jovi ſanitatẽ. Hier. Cardan. milleſimo quoq; año unũ tantum excellentẽ & perfectum medicum fuiſſe, ſeq; è millenario ſexto ſextum eſſe ſtatuere non erubuit: fortè hic ſeptimus erit? Imperator Maximilianus Hohenheimium mendaciſſimum & impudentiſſimum impoſtorem, hoſtem & oſorem omnium Doctorum nominâſſe fertur: Si Imperator adhuc viveret, nullus dubitarem, quin hunc ipſiq; ſimiles eodem titulo dignaretur. Sed videat, ne nimio ſui amore ut Narcis & Eutelidas excœcatus pereat: φιλέει γὰρ κολούειν ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα, ut inquit Herodotus.

Chryſoſt. Nihil Deo tàm gratũ eſt, quam ſeipſum inter poſtremos numerare.

Athæne⁹ lib. 7. dipnoſoph.

Plutarch. in apoph. & Suidas.

Tandem eò devenit horũ Thraſonũ dementia & inſignis impudentia, quę teſte Xenoph. ad omnẽ turpitudinẽ maximè dux eſt, ut nõ tantum impoſſibilia, ſed etiã planè divina, temerario auſu, ſe præſtare poſſe opera, jactitẽt. Nã leproſos, mutos, ſurdos & gibboſos paucis quidẽ dieb. medicamẽtis ſuis præclaris ſanare, ipſis nõ adeò res eſt, ſi credere fas eſt, difficilis: queadmodũ olim opinor

Cicero. Deforme eſt de ſeipſo prædicare, pręſertim falſa.

nor Moly ſuâ Ulyſſes, ac Gorgonis ſanguine à Pallade accepto Æſculapius feciſſe dicuntur. Si herbam Balim & Split haberent, fortè mortuos quoque reſuſcitarent. Sed iſti numarij medicaſtri lucro unicè inhiantes, tàm ampulloſa & audacia verba perſonãt, nullâ aliâ de cauſa, quàm ut miſeris ægrotis loculos emungant, & arrhã pro felici curationis auſpicio accipiant, quâ ablatâ pro libitu deſiſtere, & more Gygis Lydorum paſtoris annulo inviſibilis facti, è conſpectu ægrorum ſeſe ſubducere norunt.

Mathiol. Medicus debet eſſe φιλόπονος non verò φιλοχρήματος. Plato de republ. Fidẽ oſtẽdunt verbo multi, opere deſerunt. Syñach.

Deſſennius, ut obiter hoc adnotem, meminit cujuſdam Paracelſici epileptici, qui interrogatus, cur non uteretur ſuis certiſſimis medicinis, reſpondit ille, non ut olim Mahomet, ſe non epilepticum ſed Enthuſiaſticum eſſe & rapi ad colloquia Deorum ad montem Veneris, ſed ſimpliciter, ſe nolle curari, ſed ſuo oblectari malo: Ita aliquot novi egregios Chymicaſtros, nephriticos, hypochondriacos & podagricos, qui alios hujuſmodi morbis oneratos, verbis gravidis feliciſſimè curare potuerunt, illi verò cruciatibus ſuis immanibus maluerunt delectari quam curari. Novi etiam medicaſtrum quendam, qui cum peſte graſſari incipiente ἀλεξικάκοις ſuis multum pecuniæ lucraretur, audacter pronunciavit ſibi ſuiſque peſtem nocere non poſſe, cùm verò eodem contagio ipſius liberi penè omnes non ſolum inficerentur, ſed etiam morerentur, ipſe negavit, liberos ſuos peſte extinctos eſſe, ſed faſcinatione aliquâ perijſſe; hem improbi hominis proterviam.

Medice cura teipſum.

Hiſtor. ridic.

Porrò quilibet vir bonus optimè novit, Medico mor-

Ariſt. Ut rhetor nõ ſemper perſuade,

mortali impoſſibile eſſe omnes ſanare languores namque:

Non eſt in Medico ſemper relevetur ut æger:
Interdum doctâ plus valet arte malum.

Et Hipp. inquit 1. prognoſt. ὑγιέας μὲν ὅων ποιέειν ἅπαντας τοὺς ἀσθενέοντας ἀδύνατον. Quocirca deſperatos morbos ſolo prognoſtico, & Medicorum Medico DEO ter maximo curandos relinquit, μὴ ἐγχειρέειν τοῖσι κεκρατημένοισιν ὑπὸ τῶν νοσημάτων. Hipp. περὶ τέχνης text. 4. Nonnunquam verò medicus ægros inſanabiles inviſit, ut ipſis & amicis ſolatio magis ſit, quam reſtituat ſanitatem.

Cauſæ verò quod æger quandoq; ſelectiſſimis etiam remedijs non ſanari poſſit, ſunt ſequentes: aut enim terminus vitæ inſtat, aut tempus cum aſtrorum malâ inclinatione ſanationi eſt contrarium, aut morbus ex fato prædeſtinationis terminum attigit, vel quia Medicus nimis ſerò vocatur, vel æger non obtemperat; fit etiam quandoque ex ſingulari DEI gratia & omnipotenti providentia; ne ſcil. peccata majora convaleſcens committat, & animæ ſuæ naufragium faciat. Non rarò in cauſa quoque eſt delicatuli & refractarij ægrotantis hæſitatio & diffidentia, potiſſimum verò imperitorum medicorum ignorantia & negligentia: non dicam de clandeſtina pharmacorum & Medicorum mutatione, ubi facilè accidere poteſt, ut alius aſtringat, alter relaxet, ille trahat, hic revellat, alius refrigeret, alius calefaciat, & ſic quicquid unus extruit, alter ſæpè deſtruit, magnâ ægri pernicie: prætereo morbi magnitudinem, incantationes, morbos hæreditarios & congenitos, exoleta & corrupta pharmacopœorum quorundam medicamen-

bit, ſic medicus nõ ſemper curabit. Ovidius. Plato. Medicus ſanat ἐὰν θεὸς ἐθέλῃ. Horat. Octaviã.

Croll. in præf. baſ. Cõſtituiſti terminos ejus, qui præteriri non poſſunt. Hiob. 14. Sirac. c 17. Avicen. Confidẽtia ęgri de Medico plùs valet, q̃ Medicus cũ omnibus ſuis inſtrumentis.

Lib.7.c.12

camenta,& alia errato coïncidentia. In Medicina enim vt inquit Celſus, etiamſi perpetuum eſt quod fieri debet: non tamen perpetuum eſt, quod ſequi convenit.

Fatui ſemper fatua ganniũt.

Audivi non ita pridem quendam,qui non tantũ leproſos, hernioſos & podagricos (loquor de hernijs & podagra maximè inveteratis)perfectè ſanare,ſed & cum alio trans centena milliaria colloqui poſſe gloriabatur: profectò ſi Cato vel Craſſus ille ἀγέλαστος (qui ſemel tantum in vita,dum ſpinoſos duris labris aſinum edentẽ carduos vidiſſet,riſiſſe fertur)talia audiret, certò à riſu ſibi tẽperare nõ poſſet:de quo videbatur mihi ſentiendũ,quod olim Annibal de Phormione: Vidi deliros multos,ſed qui deliraret magis quã iſte Helluo, vidi adhuc neminẽ.Credo quod Her. Oporinus de ipſo loquutus fuerit,cum infit: Nullã in eo pietatem,nullã eruditionem animadvertere potui, adeò erat totis diebus ac noctibus ebrietati & crapulæ deditus, ut vix unam aut alteram horam ſobrium eum reperire licuerit.

Sanctorius lib.8.

Utinam Albertus adhuc in vivis eſſet,ipſiq; lapidem Criſolatum(qui ſtultitiam pellere & ſapientiam augere credebatur)communicaret. His & ſimilibus pomposis mendacijs hujuſmodi aliptæ & ambubaiæ obcœcant homines, & ſe medicos profitentur,cum tamen ne à limine quidem Medicinam ſalutarint,immemores illius

Lib.29. c.1.

Plinij: In nullo alio periculoſius mendacium eſt, quàm in eo qui ſe falsò medicum profitetur:nulli magis quàm ſe Medicum profitenti ſtatim creditur, cum tamen in nullo mendacio periculum majus ſit: negotiantur enim animas noſtras & experimenta per mortes agunt.

Matth.3. & 12.

Sed hæc γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς καὶ γεννήματα ἐχιδνῶν, quibus

bus decipere volupe eſt, malũt eſſe famæ magnæ quàm bonæ, & plerunque quandò virtutibus nequeunt, ſceleribus innoteſcere geſtiunt, imitantes Eroſtratum, qui Dianæ templum ſuccendit, ex ingenti patrato ſcelere famam & nominis celebritatem quæſiturus.

Hactenus perſonam pſeudoſpagirorum vivis coloribus depinximus: nunc de ipſorum armis quibus quàm plurimos ſanè homines crudeliter trucidant, noxijs ſcilicet eorum medicamentis, ſermo nobis habendus. Pſeudochymicorum remedia.

Uti gladius & ignis commodant & incommodant, prout tractantur: & optima novacula à fatuo cheirurgo adhibita, lethale vulnus infligit: conſimiliter etiam ſuâ naturâ tutiſſima medicamenta Chymica, propter utentium imperitiam malè audiunt, καὶ τοῦ τεχνίτου σφάλματα νομίζεται εἶναι τῆς τέχνης.

Prudenter Herophilus οἷον τῶν θεῶν χεῖρας εἶναι τὰ φάρμακα ait: ſed ſi à Pſeudochymicis & empiricis adminiſtrantur, profectò ſæpè fiunt χεῖρες παλαμναῖαι & tela cacodæmonum. Huc reſpexit fortè Eraſtus, cum Paracelſica medicamenta vocat diabolica. Lib.6. περὶ συνθέσεως φαρμάκων. c.3.

Peccant autem ſubſtantiâ potiſſimum, quantitate, & utraque qualitate, manifeſtâ ſcil. & occultâ, & nil niſi Mercurium, Antimonium, Vitriolum & ſulphur redolent. Quoniam verò hæc mineralia, præcipuè verò ☿ & antimonium odio plusquam Vatiniano à civibus noſtris hactenus impetita ſunt: negant ſe illis uti, & innumera penè confingunt medicinarum nomina, quibus miſeros ægros decipiunt, qualia ſunt; Liquor Melitenæ, adeps Margæ, liquor Phaëtontis, oleum Heraclinum, melligo magnetis Archãgelica, Catharticũ minerale ca-

tholicum, arcanum corallinum, extractum roſarum, aurum vitæ, aquila cœleſtis, aquila expanſa, ſanguis hydræ, leo viridis, crocus metallorum, magneſia Philoſophorum, balſamus pulmonis, antidotus Herculea, ζωήϋλος, θεόπεμπτος, & id genus alia: & tamen omnia ex Mercurio, Antimonio, Vitriolo & Sulphure; vel lacte anatis, adipe culicum & ſanguine gammarorum, cum lacrymis Phaetontis ſororum miſta, concinnata ſunt. De quibus C. Agrippa loquutus eſt, cum inquit: Tituli remedia habent, pixides venena.

Pſeudochym. olea.

Olea deſtillata cum oleo terebinthinæ vel amigdal. dulcium adulterant, ut quidam apud nos factitat, qui aromata omnia & ſemina in oleo amigdalarum macerat, coquit & digerit in calore lento per aliquot dies, poſtea exprimit & filtrat, ſicque olea ſua præparat, quæ quidem recentia nullâ reprehenſione digna, paululum verò inveterata, rancida, & omnia unius ejuſdemque ſaporis & odoris eſſe deprehenduntur.

Balſama.

Balſama ex oleis deſtillatis cerâ vel ſevo porcino conficiunt.

Magiſteria.

Magiſteria cum menſtruis acribus & corrodentibus præparant. Hinc non mirum, magiſterio perlarum multos interijſſe, inteſtinis acrimoniâ eroſis, atteſtante ſympatriota noſtro D. Libavio.

Tincturę.

Tincturas cum aquis Chryſulcis & ſpiritibus fortibus eliciunt, & hominibus cum ſumma ſanitatis jacturâ porrigunt, ut quidam pharmacopola fecit, qui tincturam corallorum cum aqua quâdam Cæſareâ ipſum Martem diſſolvente extraxit, & cuidam podagrico ob aſſumtum arcanum corallinum graviter decumbenti

pro

pro viribus reficiendis aliquoties propinavit.

Alij oleum Vitrioli rubrum pro corallorum tinctura, tinct. auripigmenti pro antimonij tinctura exhibent, quas Paracelſus vocat tincturas coloris non virtutis: alij vini ſpiritum croco tinctum pro aqua aurea: alij ſuccum pyrorum inſpiſſatum cum diagridio miſtum pro extracto laxativo vendunt.

Adulterata Pſeudoſpagirorũ pharmaca.

Alij vitrum Antimonij pro auro cathartico: ferruginem pro Martis croco: præcipitatum, qui ab effectu potius præcipitans quàm præcipitatus (loquor de ſpurio) dici meretur; pro ſale Solis & Panacea exhibent.

Quidam gemmas & perlas in reverberio calcinant cum nitro, calcem in balneo vel cellâ vinariâ ſuper tabulâ marmoreâ aut vitreâ ſolvunt, idque oleum perlarum eſſe perhibent: ſed cave tibi: plerunque enim parum gemmeæ, multum verò nitroſæ accipies ſubſtantiæ.

Tonſor quidam Argentinenſis portionem Mercurij cum arſenico ſublimati in vitrum aquâ ſimplici plenum mittebat, croco tingebat, & pro vomitivo & purgativo ſæpiſſimè propinabat. Quidam ex menſtruo auri infuſi v. g. ex ſpiritu tartariſato vel ſalis viridis, per ſe ſalem coagulatum extrahebat, perſuadens rudioribus, ſalem auri eſſe.

Quidam Lunam in aqua forti ſolvebat, ſolutam in aquam inijciebat, & ☽ inſtar nivis fundum petebat: calcem illam cum duplo limaturæ plumbi in vas vitreum indebat, illud ſuper carbones accenſos collocabat, donec ſimul fluerent, poſtquam refrixerant, ſal album quoddã in ſuperficie apparebat dulce, quod ſal ☽ę falsò vocabat & caro vendebat.

Turn-

Turnheuſerus ex ligno tedæ & floribus chamæmelinis tincturam ſapphiri parabat; adſcendit enim colore cœruleo in deſtillatione. Idem quoque ſpiritum Vitrioli cum roſis rubris tinctum pro corallina tinctura exhibere non erubeſcebat. Ille idem tincturam ſolis ex camphora & croco, rubini ex ſerico rubeo & ſpiritu vini, amethiſti ex ſerico cœruleo & violis parabat.

Nonnunquàm verò ut hoc obiter moneā iſti medicaſtelli, neglectis medicamentis internis utuntur incantationibus & amuletis, quibuſdā peregrinis characteribus inſignitis, vel ridiculis etiā verbis & cantilenis, quib' morbos profligare conantur, æquè ineptientes ac Marcus Catò, qui pro curatione luxationum ac fracturarum has cantiones docuerat.

Ut refert Pindarus Od.3.de Æſculapio & Pauſanias de ſacerdotibus.

De re ruſtica part. 160.

Motas danata daries dartaries eſt araries: It: Haut, haut, haut, iſta, piſta, ſiſta, damiano damauſtra. De quibus remedijs Paracelſus ait: Verba & characteres ſunt medicinæ dæmonum, ſyrupi & apozemata hominum.

De cauſis inviſibilibus.

Sed quis omnia illorum ridicula, adulterata & venenata enumerare vellet remedia? quid pro quo cotidianum ipſorum eſt ſymbolum. Certum itaque eſt ac firmum Chymicaſtros omnes abſq; vera & naturali ratione Vulcani violentiâ, ſublimationibus varijs ac reverberationibus, ardentibus itidē ac erodentibus menſtruis rerum naturas quodammodo immutare, deſtruere ac pervertere: non ergò veras, ut nugantur, ex illis extrahunt eſſentias: multò minus ſolare & ſalutare illud ſeparant balſamum.

Pluri-

Plurima ſanè venena majore doſi poſſent aſſumi, quam quædam eſſentiæ minerales pſeudochymicorū, præſertim verò catharticæ, propter exuperantiam caloris adventitij, & adjunctam cacoëthiam, ab inartificioſa præparatione profectam, quæ non rarò ſpirituum vitalium ſubſtantiam ſuâ metallicâ & abominabili qualitate evertit: in mole enim tàm exigua, vix poteſt purgandi vis ineſſe, quin ſit violenta: hoc autem venenorum magis quam medicinarum proprium eſt, Libavius. parvâ doſi multum poſſe.

Non tamen ſemper & καθ' αὑτὸ parva doſis venenatum arguit; quoniam etiam precioſa quædam & bezoartica tantillâ doſi adminiſtrantur.

De iſtiuſmodi eſſentijs egregium votum fert Riolanus: Utinam naſcentes morerentur penderetq; earum finis ab origine: viverent hodiè centena hominum millia, quos è vivis ſuſtulerunt. Non poſſum hìc non facere, quin in medium quoque proferam illos, qui ſuperiori tempore, ex ſerpentibus noſtratibus torrefactis (qui viribus tantum diſtant à veterum mariſçis & viperis Ungaricis ac Italicis, quantum halec ab aurata, & vinum Creticum à noſtrate) pulverem quendam viperinum conficiebant, quem cari vendebant, atque plenis buccis tanquam inſigne peſtis ἀλεξίκακον decantabant, multisque magnâ ſanitatis jactura exhibebant. Parcant mihi quæſo illi, qui ſine ullâ virium vel ſanitatis naufragio illo ipſo uſi ſunt: ſat citò, modò ſat bene damnum exinde percipient. Ignorant enim illi boni viri, venena quædā diu in corpore humano manere poſſe innoxia imò ſi Alpharabio credimus etiam ad quadra-

Riol. in com. Fernel. de abd. rer. cauſis. Teophr.

quadraginta annos. Verum obijciet forſitan aliquis ex Nicolao Florentino; Venenum veneni eſt bezoar, tàm ſui ipſius quàm alterius: vel ex Meſue & Galeno: Morbis quibuſdam venena ſunt ſalubria. Sit ſane: nunquid verò proderit, quando nullum adeſt venenum, ut quando ſcilicet pulvis ille viperinus præſervatoriè datus eſt, nulla adfuit venenata malignitas: nunquid tùm temporis profuit? minimè verò gentium: effectus teſtabitur aliquandò de ſua cauſa. Visne, Inſane, veſci glandibus, cum tibi ſuppetant fruges? Mulier illa Romana marito febri quartanâ laboranti buffonem exiccatum porrigebat, ſperans ſe illum hoc medio necaturam, ipſe verò medicamine hoc ſumto convaluit: imitanda ne illa in cura hydropicorum? Sed revertamur unde digreſſi ſumus.

De theriaca ad Piſon.

De doſi pſeudoſpagiri non multum ſunt ſolliciti ut neque ipſe Theophraſtus, qui de doſibus ad modum obſcurè & frigidè ſcripſit; ſed pro arbitrio ſine omni diſcretione augent eandem vel minuunt. Novi, qui ſeſquidrachmam olei piperis, & drachmam unam cum dimidia ſpiritus vitrioli unâ vice ægris ſumendam præſcripſiſſent. Vocatus aliquando ad nobilem quendam præcipuum melancholiâ laborantem hypochondriacâ, inveni olei piperis, olei cumini a. unc. ß, ol. vitrioli unc. 1. quæ olea à pſeudochymico quodam non ignoto ipſi erant transmiſſa, ut ea pro calefaciendo ventriculo & diſcutiendis flatibus in jure caponis 8. dierum ſpacio exhauriret: quibus ad mediam uſque partem abſumtis ſiti inexhauſtâ, quâ majori nec Tantalus apud inferos excruciatur, extinctus eſt.

Pſeudochymici [..]udes ſũt [..]όστωρ. lib. 6. de grad. & compoſ.

In

In exhibendo Mercurio & Antimonio ita ſunt providi, ut quandoque 30. vel 40. vomitus & dejectiones alvi utentibus concitent. Ignorant autem iſti Ciniflones, veram purgandi rationem & facultatum poteſtatem non dejectionũ numero vel copiâ (μὴ τῷ πλήθει; 1. aphor. 23.) æſtimari, ſed morborum radicum, impuritatumque ablationem, ex ſymptomatum remiſſione & virium reſtitutione animadverti. Illa enim purgatio optima, εἰ οἷα δεῖ κενῶνται, καὶ εἰ μετ' εὐφορίας, mala verò & vitioſa, quæ aut inutilis, aut moleſta, aut exuperans. Hæ enim omnes ægrum præter modum affligunt atque torquent.

Hip. aph. 51. ſect. 2. πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον. Gal. 4. meth. 3.

Gal. 1. aph. 23. 6. Epid. cõ. 4. t. 12. 4. aphor. 3.

Sed errores ſpecioſè pingunt, ægris perſuadentes, tantam adfuiſſe materiæ peccantis copiam, quæ niſi vi medicamenti eſſet evacuata, ægrum ingenti morbo diſcruciandum fuiſſe: rationem obtenti exoptatiſſimi finis addunt; appetentiam ciborum poſtero die intenſiorem futuram. Tales Medici non inconcinnè ab Hier. Briſiano nautis æquiparantur, ità inquiente: In periculoſis malis ut quiſque ſit ſuæ aut Minerva proditur: ſimiles enim ſunt Medici Naucleris, qui Oceano tranquillo navigantes, ſi quò impegerint non apparet tamen, exortâ verò tempeſtate, & puppi ad ſcopulos illiſâ rectoris naviculæ imperitia detegitur, ſic illi curantes homines in ſuperficie laborantes licet errent, latet tamen alios peccatum, quandò verò periculoſus incidit morbus, nec ars & ingenium conveniant, in apertum venit lapſus, vitæ diſcrimine ſubſequuto.

In exhibendi porrò modo turpiſſimè amethodi hallucinantur Chymicaſtri: repudiatâ enim methodo & in-

Rudes τρόπου χρήσεως.

& inveſtigatione cauſarum Rhaſis & Serapionis more (qui pro inveniendis remedijs ad tria confugiebant, ad αὐτοψίαν, hiſtoriam & analogiſmum, hocque utebantur in materijs auxiliorum, in affectibus & locis affectis) ex ſymptomatum ſyndrome remedium ab alijs inventum eligunt, atque ſæpè cum ingenti ægrotantis pernicie uſurpant. Medicamenta autem metallica ſunt, ſicut gladius acutiſſimus in manu ſtulti, vel ſicut fax accenſa in manu pueri: exhibent enim illa promiſcuè ſine omni methodo Hippocraticâ vel Galenicâ (quam quidem multi prædicant, pauci tamen obſervant, multitudine rerum victi quas ſcire tenentur, antequam curationem morborum aggrediantur) nullam habentes indicationum & aliarum circumſtantiarum rationem; temporis, ætatis, ſexus, complexionis, conſuetudinis, partis malè affectæ, morbi, temporum morbi, virium ægri & ſimilium, quæ tritis hiſce verſiculis comprehenduntur.

Gal. lib. de ſubfig. Empir. c. 1.

Rudes τῆς φυσιολογίας.

Temperies, ætas, cœli ſtatus, ars rata, morbus:
Uſus, cauſa, locus, ſymptoma, innata facultas:
Conſimiles morbi, mos, motus, pharmaca, geſtus.

1. epidem. l. 2. t. 50.

Venerandus ſenex Hippocrates Medicum admonet, ſi non proſit, ſaltem ne noceat, ὠφελέειν, ἢ μὴ βλάπτειν: Pſeudoſpagiri vero parum proſunt, multum autem nocent, ut ex præcedentibus & conſequentibus videre eſt.

Tempus in medicamentis dandis obſervandum.

1. meth. med. c. 10.

Calidiſſima æquè tempore æſtivo ac hyberno exhibent, per quæ quandoque febres excitantur: immemores quod Fernelius ait: ſine clavo & remis navigat, naufragium tandem facturus, qui nullâ temporum obſervatione medicinam facit.

Pueris

Pueris vehementioribus catharticis, & calidioribus nonnullis eſſentijs plurimum obſunt: colliquant enim tenellas ipſorum carnes, & quia non habent in quod agant, vim ſuam in naturam ipſam convertunt. Calidæ verò eſſentiæ viſcera & calorem innatum, qui mediocritate gaudet, facilimè inflammant, & ſiccitate immodicâ humidum radicale ſeu primigenium abſumũt. Turpiter igitur falluntur, qui puerulos & alios molles & delicatos homines ſcammoniatis & Mercurialibus evacuant, & qui infantulis torminibus ventris vexatis oleum cumini & zedoariæ ad multas etiam guttulas exhibent. — Ætas.

In ſexu quoque non rarò errant, cum ſcilicet gratiâ exempli flores ſulphuris, qui menſes valdè promovent, gravidis tuſſientibus & aſthmaticis temerè offerunt, vel etiam viris oleum camphoræ, mulierculis verò ſpiritum Vitrioli in magna quantitate præſcribunt, & ſic utroſque ſteriles reddunt: ſi enim juxta Hippocratem acetum ὑστεραλγές, multò magis oleum & ſpiritus calcanthi utero erit infenſus ac inimicus. Inſuper: — Sexus diſcrimen in pharmacis exhibendis reſpiciendum.

Camphora per nares caſtrat odore mares.

Sanguineos, phlegmaticos, cholericos & melancholicos non internoſcunt, ideoque temperamenti obliviſcuntur, & cholericis atque picrocholis æquè ac alijs oleum Vitrioli propinant, qui tamen propter incidentem ebullitionem ac efferveſcentiam mutuam ab ejuſdem uſu vel maximè abſtinere debent. — Temperamentum.

Conſuetudinem τὴν συνήθειαν quæ tamen in naturam non rarò tranſit, negligenter rimantur, nec curant, quid quæque natura facilè quidque difficulter ferat. — Conſuetudo. Par. de tartaro. Hip. l. 2. aph. 50.

 Par-

Rudes τῆς ἀνθρωπο-λογίας.

Partem affectam quidam non curant, mavolentes in ignoratione ejuſdem,& cauſarum morbi,cum Platonicis ad dæmones confugere;alij verò lubenter noſſent, modò anatomes non eſſent imperiti: Verus autem Medicus, jubente Langio, non modò omnium rerum quæ ſubſtelligero macrocoſmi orbe continentur, naturas & hiſtoriam callere, ſed etiam cuncta interna & externa microcoſmi viſcera, ſuis unguibus notiora habere debet.

Lib. 2. epiſt. 27.

De Anatomia eſſata multum garriunt, & lotium ac ſtercus microcoſmicum artificiosè quidem diſſecare norunt, corpus verò humanum nequeunt; neſciunt igitur an per ſe, an per conſenſum pars laboret; neſciunt quo medicamentum pertingere poſſit; neſciunt ubi topica ſint applicanda: & hæc omnia ex mera anatomiæ imperitia. Qui enim artificiosè corpora humana diſſecare novit, eorum quoque particulas ſingulas inquirit;& in ijſdem ſubſtantiam, numerum, magnitudinem, ſitum, conformationem, & cum alijs communionem ſtudiosè obſervat, atque ex his latentium morborum ſedes & cauſas intelligit, nec non accommodata remedia præſcribit; ſecus anatomiæ ignaris accidit. Illos ce non ineptè Sanctorius cæco & inſano comparat, qui cum nunquam vidiſſet, quomodo internæ horologij partes ſint compoſitæ, attamen vellet, ſi motus ceſſaret, conſilium dare, quid eſſet in ipſo agendum.

Antonomiæ utilitas.

Quæ in anatomia obſervāda.

Lib. 1. ca. 17. meth. vitand. error.

Rudes τῆς παθολογίας.

Hinc infiniti committuntur errores, ut ſi in capitis dolore, proveniente ex vaporibus calidis & acribus è meſaraica vel epigaſtrica regione adſcendentibus & pericra-

ricranium vel meninges cerebri petentibus, capiti remedia applicent, dolorem magis exaſperent, quam mitigent; & contrà ſi per ἰδιοπάθειαν cephalalgia exurgat, fit ut iſti arbitrentur à crapula vel vaporibus è ventriculo exhalantibus malum iſtud eſſe ortum, utanturque oleis & eſſentijs calidis & carminativis, plus noxæ quàm emolumenti ægro afferant. Sic quidam, referente Beninenio, in dolore ſtomachi mordaci applicuit emplaſtrum frigidum opiatum, ſuperveniente inſpirandi difficultate & ſingultu paucis interceptis diebus mors ſubſecuta eſt. Non didicerat enim iſte bonus ſocius ex Galeno, nullũ princeps aut principi ſubſerviens membrum ſolis frigidis eſſe curandum.

In meth. med.

Memini me Lutetiæ noviſſe virginem nobilem inſigniter formoſam, quæ per aliquot dies poſt prandium convulſione tàm rigidâ corripiebatur, ut tali ipſius ad occiput pertingerent: quid fit; vocatur pſeudo quidam Chymicus, qui pro modulo experientiæ ſuæ, ipſi olea nonnulla calidiſſima & fragrantiſſima exhibuerat, illa verò ſemper rigidior facta eſt, donec Chymiater quidã accerſitus ipſi hyſterica quędam medicamenta præſcripſerat, quibus ſumtis brevi temporis ſpacio priſtinæ ſanitati fuit reſtituta, & ſic ex juvantibus apparuit convulſionem iſtam ex vaporibus ab utero prodeuntibus fuiſſe progenitam. In Calvariæ concaſſione neſciunt an in anteriore vel poſteriore parte medicamentum ſit applicandum. Inflammationem jecoris ſæpè credunt eſſe pleuritidem. Abſceſſum meſenterij putant eſſe ulcus inteſtinorum. Carum, cataphoram, catochen & catalepſin diſcernere nequeunt, ut neque nephriticum dolo-

Certiſs. ſignum nephritidis eſt, ſi uri-

dolorem à colico, ideoque nephriticos ſæpiſſimè calidis & adurentibus ſuis ſpiritibus in extrema vitæ pericula præcipitant, nec rarò colicam paſſionem adaugent, ac emollientium uſu nimio, vt tumores duri mammillarum, & aliarum partium flaccidarum & mollium in gangrænas & cancrum degenerent, efficiunt. Febrim tertianam duplicem cum cotidiana confundunt: hecticam cum putrida conjunctam diſcriminare vix poſſunt. Uteri diſlocationem à nephritide & ſplenis inflatione, illiuſque præfocationem à lipothymia & epilepſia, ut & furorem vterinum à phrenitide vel mania diſtinguere neſciunt.

(na tenuis mingatur, ſi verò medio criter craſſa, colici doloris. Minado⁹.)

In morbo ejuſdemque temporibus, ut taceam cauſas & ſymptomata, creberrimè labuntur: ſæpè corpore non evacuato uſurpant diu retica, quæ ſanguinem calefaciunt & liquant, cruditates ſecum ferunt ad intra venas, unde obſtructiones & putredines fiunt. Laudana quin etiam & alia opiata porrigunt, quæ caput valdè replent, nervos reſolvunt, ſenſum & motum adimunt, & ſæpè χάλκεον τὸν ὕπνον inducunt. Non rarò in dyſenteria quoque hujuſmodi laudanis & alijs opiatis utuntur, ſed malè faciunt: Minadous enim Doctor Patavinus obſervavit omnes illos dyſentericos, qui de conſilio medicorum opiatis uſi fuêre, mortuos eſſe, ratio eſt, quod ulcera inteſtinorum ab opio putridiora & ſordidiora reddantur. Similiter peccant quoque illi, qui in hoc malo aſtringentia & quidem vehementia, ut crocũ Martis, extractum reſtæ bovis, ante abſtergentia uſurpant, ita quippe ulcus non minus putridum & erodens reddunt. Inſuper corpore non purgato olea deſtillata

(Gal. 4. de tuenda ſanit.)

(Hipp. 4. de rat. vict. 44.)

& eſ

& eſſentias calidas ac penetrantes dare non dubitant: talis caſus meminit Brunoſeidelius, qui novit fœminam pleuritide correptam, cui exhibitum fuit diaphoreticum calidiſſimum, quæ tandem omnibus in deterius converſis, peripneumoniâ extincta eſt. Quin etiam apophlegmatiſmos & errhina tunc temporis admittunt.

Cauſas morborum non quærunt, ſequentes Acrum empiricorum principem, qui illas incognoſcibiles eſſe putabat. Neſciunt g. e. num ſputum ſanguineum ob fracturã, vel διάβρωσιν, vel ob διαπήδησιν vel ἀναστόμωσιν proveniat: num urina à calculo, vel veſicæ inflammatione vel ejuſdem diſtenſione ſupprimatur. Accidentia verò non raro pro ipſo morbo curant. Multoties empeiricorum more per membra principalia ſeu loca affecta διὰ κεκακωμένων μορίων evacuant, contra Avicennæ præceptum, qui dicit: Cum evacuas, cave ne materia tranſeat per membra principalia: ſed quo natura vergit duci to, vijs ac locis utiliter eò ferentibus: non raro etiam validiſſima diuretica in calculoſis uſurpant: ſæpè materias frigidas incraſſant, aut calidarum ebullitionem triſtiſſimam relinquunt, materiam quieſcentem irritant, & ad motum laceſſunt, ſumtibus & periculis injuſtis ægros onerant.

Gal. lib. de ſubfigur. empir. c.1.

Sanguinis fluxus unde.

Gal. 6. de morb. vulg. c.2. t.7.

Prima primi. Hipp.

Interdum in principio, vel etiam in ſtatu morbi, vel ipſo quoq; die critico exhibent catharticum ſcammoniatum, mercuriale vel antimoniale; perturbant humores, & ægrotum in immenſa pericula præcipitant, ſubverſiones ventriculi, vertigines, anguſtias, cordis compunctiones, animi deliquia, profluvia alvi, tormina ventris, dolores nephriticos & colicos

cos, per intempeſtivè data cathartica & vomitoria promovent. Omnem ventriculi imbecillitatem à frigida intemperie ortam eſſe judicant, ideoque calefacientia & adſtringentia ſemper exhibent, quibus ægrum in manifeſtam perniciem ducunt. Ventriculus enim læditur aliquando vitio aliorum viſcerum, epatis ſcil. & lienis, à quibus ſæpè ichores biliosi & melancholici in illum confluunt, unde multi flatus & rugitus oriuntur, ventriculo etiam calido exiſtente, & tunc ventriculus levatur frigidis, læditur verò calidis & aſtringentibus. In omni alvi fluxu, etiam hepatico, promiſcuè utuntur adſtringentibus, quum tamen in hoc caſu potius emollientibus & aperientibus utendum. Non dicam de erroribus quos in ophtalmiæ curatione committunt: multum enim ſpectat ad curam rectè inſtituendam, inquit Galenus, ſi Medicus judicet, num ophtalmia à cauſa interna vel externa oriatur: ſi enim ab externâ, calida & humida proſunt, ſi ab interna maximè nocent. In phthiſi quoq; calida & acria præſcribunt medicamenta, in tuſſi & colica etiam calidiſſima; cum tamen illa interdum etiam à calida proficiſcantur cauſa, hæc verò interdum etiam à fellei meatus occluſione oriatur, & hâc ratione maximè exaſperantur. Non abſurdum itaque videatur alicui, colicam paſſionem quandoque caprillo fuiſſe lacte curatam.

Gal. 6. de tuenda valet. c. 9.

Gal. 5. de loc. aff. & in meth. med.

Avic. fen. 1. doct. 4. c. 1. Saxonia Oſodæ.

In declinatione morbi admodum ſunt felices: ſi enim feliciter illis cura ſuccedit, fortunæ, non arti; ſin minus; magnitudini morbi, me herclè, tribuendum eſt.

De viribus ægri quandoque valdè ſunt anxij, quandoque non; plerunque verò tàm egregiam viribus proſtratis

ſtratis præſtant operam, ut mortem maturius accelerent; aut enim ægro cum morbo acriter conflictanti valido medicamento ſuccurrere, & materiam morbificam uno impetu expellere (contrà Hippoc. Platonis & Paracel. edictum *; qui corpus non inconſultè movendum, & naturæ tendenti ad victoriam medicinis importunis non temerè eſſe ſuccurrendum, præcipiunt) aut vires labefactatas magiſterijs & tincturis ſophiſticis ſuprà commemoratis reficere cupiunt, & ſi neutrum horum præſtare poſſunt, alieniſſimas cauſas prætexunt, & ſymptomata inopinata acceſſiſſe mentiuntur, ac tandem aufugientes extremum & ferè catholicum hoc pharmacum ipſis præſcribunt: ℞. Tabellionem unum, teſtes no: VII, adde ſacerdotem cum aqua & oleo benedictis q. ſ. & diſpone domui tuæ, quia morieris. Atque ſic errores & nævi ejuſmodi chymicaſtrorum terrâ teguntur, ut dicit Socrates de temerarijs medicis cum corio humano ſeu verius DEI imagine impunè ludentibus, & cum animæ ſuæ detrimento novum extruentibus cœmeterium. Unde Philemon Poëta Comicus Syraculanus cecinit:

Μόνῳ δ' ἰατρῷ τοῦτο καὶ συνηγόρῳ
ἔξεστιν ἀποκτείνειν μὲν, ἀποθνήσκειν δὲ μή.

Et Nicocles Arſenius epiſcopus inquit, felices eſſe medicos, ὅτι τὰς μὲν ἐπιτυχίας αὐτῶν ἥλιος ὁρᾷ, τὰς δὲ ἀποτυχίας ἡ γῆ καλύπτει.

Hactenus de erroribus, quos in medendo pſeudochymici committere ſolent, egimus: nunc de effectu, virtute & efficaciâ ipſorum adulteratorum & noxiorum medicamentorum pauca recenſebimus.

Vera popularis noſter Libavius dicit, cum inquit:

Hipp. lib. de artic. Bonũ aliquando medicamentum eſt, etiam nullũ adhibere medicamentum.

*Lib. 1. aph. 20. Par in cõ. ſ. aphor. Hipp. 20. lib. 1.

Gal. in fine prog. Nunquã errare ſupra hominem eſt, rariſſimè autem ſolius artificis.

In apoph.

Medicamenta pſeudochymicorũ ſummè noxia.

In Antigraman. omne novum gratum eſt, & facit ipſa aviditas interdum auſpicia, quâ exoleſcente, medicina illa nova nullius „ eſt momenti, adeò ut fortunâ potiùs & ægrorum fiduciâ „ abeat, aut abſcondatur morbus, quàm tollatur ſcientiâ „ & actione Medici felici. Hoc profectò optimè quadrat in illos ardeliones, qui hinc indè circumvagantur, & aureos montes de medicamentis ſuis policentur, & audaciâ ac gloriabundis ſuis verbis, nec non minimâ & palato gratiſſimâ doſi, unius ſcilicet pilulæ, (quâ tamen multi pereunt, & ut Sophocles & Anactæon uvæ acino, ità illi unâ pilulâ ſuffocantur) homines credulos ad ſe alliciunt, ipſisque pharmaca ſua exhibent: nonnunquam verò audaces fortuna juvat, fiducia præoccupata adjuvat (confidentia enim in medicum plus valet quam Medicus cum omnibus ſuis medicamentis) ut laudabilis appareat effectus: nonnunquam etiam illorum medicamenta naturam conturbant, atq; ideò vel vomitu vel dejectione cõtingit, ut excretâ materiâ morbificâ ęger meliùs habeat. Sed quam inconſtãs & momentanea hæc melioratio & valetudinis accretio? remanet enim prava διάθεσις in corpore, quæ pedetentim graviores morbos & ſymptomata, non rarò febres malignas, dolores coliços ac nephriticos, hypochondriacam & epilepſiam, quandoque mortem ipſam ſolet producere. Medicamenta enim à pſeudochymicis concinnata ſunt inſtar Ichneumonis, qui in Crocodili dormientis ventrem placidè irrepit, mòx acutiſſimis ſuis denticulis eundem perforando enecat: ita quoq; illorum medicinæ palato quidem jucundæ, paulò verò pòſt vim ſuam magnâ vehementiâ exerere ſolent.

Avicen. Fortuna quum benigna ſemel arriſerit, audentes ſecũdo paſſu, ſubſequitur. Paul. Jovius lib. 2. hiſt.

Autor

Autor eſt Eraſtus, innumeros unius anni ſpacio interijſſe, qui Paracelſitarum, puta ſpuriorum, eſſentijs & magiſterijs uſi fuerant. Crato obſervavit plurimos lue Venereâ laborantes ab uſu turpethi mineralis non Hermeticè præparati, melius habuiſſe, ſed paulò poſt extinctos eſſe. Bayerus eum, qui primus uſus eſt pilulis de barbaroſſa, repentè mortuum ſuper pontem Avenionis cecidiſſe refert. Cardanus narrat, argentum vivum in calvaria mulieris cujuſdam, pondere unciarum duarum poſt mortem inventum fuiſſe, & Alex. Trajan. refert quendam, qui ter duntaxat ſecundum brachia unctus fuerat; cum aliquandò inſideret, argenti vivi pateram evomuiſſe.

Lib.18. c.7. Lib.5. de ſubtil.

Lib.5. ca. 1. de morbo gall.

Dixit pro lectione.

Hercules Saxonia vidit nobilem, qui hydrargyrum per urinam reddidit. Woyſelius & Seilerus narrant Epiſcopum Uratiſlavienſem magiſterium perlarũ à Montano Strigonienſe porrectum ſępè bibiſſe, atq; demortuo, tunicas vẽtriculi nigras & corruptas apparuiſſe.

Libavius aliquot exemplis demonſtrat, magiſterij margaritarum & corallorum, quæ tamen humidum nativum inſtaurare creduntur, uſu, multos in tabem incidiſſe, plurimos vitâ privatos eſſe tunicis ventriculi & inteſtinis acrimoniâ planè eroſis: quod etiam Marchionis Joannis conjugi eveniſſe ſcribitur.

Woyſel.

Quot quæſo Mercurius præcipitatus, qui Alchymiſtas perditos exhilarat, ut Paracelſus ait, præcipitat? hinc Antarvetus opinatur ſe Crœſo ditiorem fore, ſi tot haberet nummos, quot Mercurius præcipitatus ſuſtuliſſet. Quidam Medicaſter cuidam exhibuit duas pilulas ex Mercurio confectas, primâ ſumtâ incidit in

De morte rerum.

apoplexiam, alterâ in paralyſin. Libavius novit hominem, qui Colicæ unam dedit ☿alem pilulam, ſtante alvo etiam ſecundam & tertiam adjecit: paulopòſt anima cum excrementis egeſta fuit. Oberndorferus novit quendam Alyptam, qui ſpacio biennij, ſexaginta tres homines hydrargyri (intellige non philoſophicè præparati) uſu & fumo è medio ſuſtulit. Taceo multos Mercurio illitos illo ipſo ſpectante in epilepſiam, apoplexiam & paralyſin incidiſſe. Porrò Coriario cuidam ob aſſumtum hydrargyrum non ſolum ſinciput & cerebri utramque meningem computruiſſe, ſed & ſubjectam cerebelli ſubſtantiam in abſceſſum converſam eſſe teſtatur Fernelius. Aurifabro cuidam Ambergenſi ex uſu ☿ij ſtruma ferè 60. librarum circa genu concreverat, ut refert Langius.

In apolo.

Lib. de lue Vener. c. 7.
Lib. 1. epiſt. 43.

Bullatus quidam Doctor hic non ignotus, cuidam civi Lipſenſi exhibuerat Mercurium vitæ, qui duodecies per vomitum, quadragies circiter per ſeceſſum operatus fuit: quo viribus ità exhauſtus eſt æger, ut coram ſacerdote confitendo vix tria verba facere potuerit.

Libav. in declar. ol. & aq.

☿ vitæ Paracelſi negligenter paratus, Brunnæ Moravorum hydropico cuidam ☿ mortis breviſſimo temporis ſpacio evaſit.

Phileraſtus apud Muſetum vidit aliquos ſolâ mercuriali inunctione incautè uſurpatâ in paralyſin, ſurditatem, ſtrumas, colicos dolores, dyſenterias, convulſiones, lipothymias, tremores incidiſſe. Hic etiam à ſumto Mercurio dentes expuit: ille ungues, capillos, maxillam, columellam, artus perdidit. Alij perioſtei diſten-

diſtentionibus, contractionibus, morbisque lue ipſâ peioribus uſque ad extremum vitæ halitum diſcruciati ſunt.

Tonſor quidam in exulceratione penis cujuſdam viri præcipui uſus eſt oleo Mercurij & chalcanthi, quæ olea facta ſunt κορκοφάγα, & poſt ingentes eiugelatus ac mugitus præ nimio dolore editos, æger non aliter ac ſi in æneo illo Perilli Tauro igni ſubjecto exureretur, tandem penè obtruncato diu decumbere, & vitam cum morte commutare coactus fuit. Libavius vidit paſtorem ſpaſmo correptum ab uſu quatuor gran. antimonij.

Eraſtus inquit ſe vidiſſe nobilem fœminam, cui anima citius ac antimonium vitrificatum operari incepit, è corpore exierit: ſimiliter quoque pharmacopœi famulum, qui quinque grana ejuſdem antim. ſumſerat, paulò poſt ex ore & naribus ſanguine erumpente, ſenſu & mente amiſſis, tertio die animam efflaverat. Et Marchionis Badenſis Philiberti Medicus aliquot cognovit, quibus ex ejuſdem uſu venæ in pectore ruptæ ſint, quique phthiſi perierint.

Oberndorferus novit matronam quandam, quæ intra 24. horarum ſpacium circiter ducenties, & ad deliquia à pharmaco ſtibiato evacuata fuit: & Deſſennius vidit multos, qui uſi antimonij non ritè præparati in morbos longos inciderunt, à quibus nunquam extricari potuerunt; novit inſuper, qui ex ejuſmodi Centaurica medicatione (liceat mihi ipſius uti verbis) in colicos dolores, diarrhæas, convulſiones, cardiacas, ſyncopas & præmaturas mortes inducti fuere. Hiſce conſimilia *In defenſ. vet. Med. c. 40.*

 obſer-

obſervarunt quoque de Stibio ſacræ Cæſareæ Majeſtatis Medici cubicularij.

Obern-dorf.

Sic Bruno Seidelius meminit tonſoris cujuſdam, qui in dolore humeri ex fluxione orto, Stibium rubificatum exhibuerat, à quo ob inteſtina corroſa dolor exortus, quem ipſe colicum putaverat, vinum ergo potentiſſimum exhibuit, ventrem oleo laurino inunxit, & hominem penè vitâ privavit. Sic nobilis quidam Thuringus ex præpoſtero uſu Stibij fiebat hæmoptyicus, paulò verò pòſt Empyicus.

De morb. incurab.

Nobilis matrona ex crebro uſu ſpiritus Vitrioli incidit in diſlocationem uteri, mòx in epilepſiam, quâ tandem etiam extincta fuit.

Bruñerus.

Amatus Luſitanus meminit cujuſdam Monachi, qui eâ ipsâ die quâ ſumſerat Vitriolum præparatum, cum horrendis cruciatibus interijt.

D. Caſparus Hofmanus Archiater Electoralis Brandeburgicus multos vidit, qui ab uſu ſpiritus Vitrioli pulmonum fruſtula excreverunt. De hujuſmodi ſpiritu fortè loquitur Manardus cum dicit: Vidi his oculis guttam cujuſdam liquoris fortuitò cadentem, lectiſternia omnia, quæ multiplicia erant, momento penetrâſſe, & lecti fundum, quod ex aſſeribus, inuſſiſſe. Arthriticus quidam aſſumto Phaëtontis liquore correptus eſt ſphacelo & mortuus.

In cenſura cōpoſ. Meſuei.

Boden-ſteinij.

Balneator quidam butyro arſenici, quod à pſeudochymico quodam dono acceperat, inunxit ulcus cacoëthes in cruce uxoris latitans, gangrænâ ſuperveniente, factus eſt viduus.

Era-

Eraſtus vidit duos ex croci Martis uſu miſerè periiſſe.

Nobilis quidam ab uſu extracti Hellebori nigri (quod medicamentum aliàs ad infinitos profligandos affectus aptiſſimum, ideóque à veteribus quoad vires, auro potabili recentiorum comparatum) incidit in epilepſiam: quocirca cautè proſpiciendum, ut Helleborus verus eligatur, vel Styriacus vel aliùs in montibus & locis aſperis creſcens, quem meliorem, licèt non mitiorem, exiſtimo illo, qui in hortis tranſplantatus reperitur: contrarium ſentit Quercetanus.

Joſ. Stubendorf.

Laudanum à laude nomen habens, intempeſtivè exhibitum, multos morti dedit.

Novi quendam qui ex uſu duarum pilularum ex opio confectarum, & falsò pro Laudano Theophraſti exhibitarum, incidit in ſomnum adeò profundum, ut etiamnum dormiat, quaſi ab aſpide morſus fuiſſet.

Cuidam puellæ Aurelienſi diarrhæâ laboranti exhibitum eſt extractum reſtæ bovis cum oleo ferri miſtum tàm largâ manu, ut ob ſuppreſſionem alvi, paulò pòſt hujus lucis uſuram amiſerit.

Quidam Chymicaſter Pariſienſis principiſſæ cuidam meo tempore volens aperire hæmorrhoidas, exhibebat aliquoties extractum euphorbij, quo totam maſſam ſanguineam adeò inflammabat, ut eriſipelate faciem occupante ferè de vita periclitaretur.

Sed quis poſſet omnia horum agyrtarum & ſpuriorum chymicorum facinora, & deteſtandos ipſorum maledictorum pharmacorum enumerare effectus? Reticebo in præſentiâ reliquos, qui ſe falsò Chry-

Chryſopœos profiteri audent, de quorum κακοτεχνία verè dici poteſt, quod ignorantiâ naſcatur, audaciâ & fallaciâ perficiatur, & tàm proprio quàm aliorum incredibili damno finiatur.

Siccine Chymicaſtri iſti ἡδέως, ταχέως, ἀσφαλῶς cum
14. meth. c. 13. Aſclepiade & Galeno, ut glorianrur, curant? ſiccine ἐπι-
Eccl. 38. v. 3. στήμη ἰατροῦ ἀνυψώσει κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἔναντι μεγιστάνων θαυμασθή-
σεται; O fumi vendulos! ô miſoſophos! ô maleferiatos
Virg. 6. Æneid. Chymicos! Mehercle, ſi Poëtis credere fas eſt, vultures apud inferos Tityi amatoris jecur non ità divellunt, ut
Lib. 9. de legib. iſti ægros lancinant & dilaniant. Utinam ô utinam Plato Medicos, qui non ſpontè occidunt, criminis haud expertes eſſe ſtatuiſſet, multi à medicatione abſtinerent: certè non improbè ageretur, ſi in illorum caput ſolum faba cuderetur, ut malum conſilium foret conſultori peſſimum.

Res mira quod in ædificio quocunque extruendo nullus adhibetur architectus, niſi artis ſuæ peritiſſimus; in ſtructurâ verò microcoſmica, quod ædificium eſt omnium nobiliſſimum à ſummo architecto fabrefactũ, ſartâ tectâ conſervandâ, nulla apud plebem ſit circumſpectio. Olim Medici Parabolani habebantur, quorum ſemper ſexcenti & quidem benè exercitati ægrorum ſanitati ab Alexandriæ Archiepiſcopo, imperatorum Honorij & Theodoſij pientiſſimâ conſtitutione, præfecti ſunt; an tale quid hodiè etiam fieret.

in Epidorpide. Rectius ſaperent iſti minorum gentium Dij ſi Scaligero patulas præberent aures, cum dicit: Quæras optimum artificem morbo obſitus, aut litibus, aut ſi ædificabis.

Nemo

Nemo pomum vel pyrum comedit carioſum: Et tamen medicamẽta pſeudochymicorum multi deglutiunt, quæ pomo carioſo longè magis ſunt noxia, licet ſpecie externâ cum malo pulcerrimo quandóque comparari poſſint. Magno, inquit vir quidam prudens, reipublicæ commodo animadvertitur in eos ſeriò, qui improbas exponunt merces; puniuntur, qui vitioſos piſces & carnes venditant. Qui Antimoniũ, Mercurium, aquam fortem & hujuſmodi venena vendunt & exhibent, de his altum ſilentium, licet innumeros tot annis hiſce è medio tollant.

Res inquam mira, quod hujuſmodi fex & amurca mundi, & veræ medicinæ fera carcinomata non ſolum in civitatibus tanquam viri boni ferantur, ſed & in magno quandóque honore habeantur, (fortè quod humanæ vitæ necisque imperatores audiri velint) cum tamen peſtes ſint reipublicæ & communis ærarij fures: quorum intolerabili inſcitiâ multa hominum millia perire quotannis neceſſum eſt. Quid enim aliud hoc eſt, quàm rapaces inter oves alere lupos, qui non tondent, ſed connivente paſtore pecus deglubunt? Græciæ olim Sapientes apertum hoſtem minus ficto amico formidandum eſſe docuerunt, ita quoque horum medicaſtrorum pharmaca longè ſunt deterrima, magisque metuenda: cum ſaltem titulo tenus ſint medicamenta opinione ipſorum ſingularia, revera autem mortis jacula & pocula, unde ipsâ viperâ vel aſpide magis exhorreſcenda.

Apud Ægyptios crepitus ventris etiam habitus eſt inter numina. Lang. epiſt. 1.

Verum in Germaniâ (non dicam in mea patriâ) medici cum veſtibus non ineptè comparari poſſunt: quicquid

quid enim novi & ſtolidi in utriuſque ſexus veſtitu cernitur, id Gallicum exiſtimatur; ita qui ſe Medicum profitetur, licet in tranſcurſu vix Lympham guſtaverit Pæoniam, pro Chymiatro habetur, & applauſores reperit. Utque Naaman Syrus ſimplici aquæ Jordanis lotione non erat contentus, ſed majora quærebat, ità hodie, quæ ad admirationem & apparatum finguntur, quæque ampullis verborum inaniſſimis extollunrur, gratiora multis ſunt, quàm alia ſimplicia & ſalutaria. De quo *Langius doctiſſimus dudum conqueſtus eſt, cum inquit: Pudet fateri ſolos in toto terrarum orbe Germanos cuilibet apoſtatæ, agyrtæ, carnifici, perfidóque Judeo ſe medicum profitenti, corpus & vitam concredere. ❡ Profecto hi non abſimiles ſunt Ixioni, qui pro Junone nebulam amplexus eſt. Imò tàm impudentes & temerarij reperiuntur aſelli, qui de Galenicis & Paracelſicis, de Galeno & Paracelſo immatura & frigida ſua judicia exponere audent, cum tamen nec Galeni nec Theophraſti ſcripta unquam viderint, nedum legerint; quorum † ſtultitiam cum video, an δημοκριτίζειν, an potiùs ἡρακλειτίζειν debeam, ambigo. Sed hi temeritatis ac impudentiæ ſuæ pœnas aliquandò luent, & contemtis doctis Medicis à Chymicaſtris inſulſis ita curabuntur, ut tandem aliquandò nolentes volentes animam excacare illos oporteat: illi verò inuncti & è lotio canino prognati Medici cum ignominia & dedecore, ut noſtrâ etiam memoria ſæpè factum, ex urbe aufugient, & mendicando ſtipem colligent, ut mendaciſſimum & impudentiſſimum ventrem replere poſſint; atque tandem aliquan-

[H]omines [n]atura ſu[...]ius φιλήκοοι καὶ φιλόκαινοι novarũ rerũ admiratores, atque conſuetarũ, etſi utiliũ cõtemtores, magis vanitati quàm veritati credentes.

* Lib. 1. epiſt. 71.

❡ Unuſquiſq; cæcutit erga eam rem quã amat. Plato.

† Pythag. φαῦλος κριτὴς παντὸς καλοῦ πράγματος ὄχλος.

quandò veri Chymici & Medici, qui ſunt viri boni, elegantes ac prudentes, naturæ & operum ejus periti, votivas tabulas in Apollinis ſacrario alacriter ſuſpendere non nequeant.

Palingē
Egregiu
Medicu
mendic
non erit
unqnam

Sed cum ferreo hoc ſeculo tot ſuperſtitiones & falſa remedia in ſacram irrepſerint medicinam, ut faciliùs quis velut alter Hercules, Augiæ ſtabulum expurgaret, quàm pravas & impias vulgi opiniones, ex medicorum imperitiâ conceptas, extirparet; cumque tanta inſuper ſit rerum omnium confuſio, ut etiam lippi & tonſores de utrâq; Medicinâ, Hippocraticâ ſcil. & Hermeticâ temerè pronunciare auſint, non immeritò divi Pauli ὑποθεσίων ſequamur, dicentis: πάντα δοκιμάζετε, καὶ τὸ καλὸν κατέχετε, atque quæſtionem inſtituamus: Utra medicamenta, Galenica vel Paracelſica ſint præferenda?

Diverſi à diverſis dantur calculi. Qui ab Hermeticorum ſtant latere, pharmacopoleia omnia licet benè inſtructa, tanquam Socratis ſcholam contemnunt ac planè reijciunt, dicentes: in pixidibus pharmacopoliorum Galenicorum plerunque tantum eſſe cadavera verorum medicamentorum; craſſas & feculentas potiones œconomiam humani corporis ſæpè graviſſimè conturbantes, confertos calices, ipſi Medico præſcribenti formidabiles, pharmacopæo verò miſcenti abominabiles; interdum ventriculum lædentes, & in ſingultus graviſſimasque ſyncopas præcipitantes.

Muſetus
Graman.
ſenior.

Chymica λεπτομερῆ καὶ ταχύπορα, adeóque præſtantiora eſſe, odore, ſapore, viribusque, comprobant. Ademta eſt enim ipſis per ἐγχείρησιν χυμικὴν cruda craſſaque

corporalis materia, quæ operationes ſpirituales plerunque impedit, ut ſic vires ſubtiles facilius penetrare poſſint; Viciniſſima quippe illa ſunt actui, & leviter mota halitus potentes expirant, atque in ore, naribus, ſuturis & arterijs actuari poſſunt: cum contra Galenica medicamenta, quorum eſſentia craſsâ quâdam ſubſtantiâ, nonnunquam etiam deleteriæ, tanquam veſtimento quodam induta, atque in durâ hâc materiâ, tanquam in carcere detenta, ad perfectam operationem pervenire nequeat, donec in corpore humano à calore purificetur, comminuatur, & ad actum deducatur, quod rarò citra læſionem ipſius naturæ fit.

Mineralia vegetabilibus præſtare probant, quia fieri non poſſit, ut vegetabilia corruptioni obnoxia corpus humanum à corruptione vindicent, ſicuti mineralium quidem, maximè verò perfectorum metallorum ſpiritus faciunt, nullis corruptionib. obnoxij: accedit, quod plantę vires ſuas ſæpiſſimè à ſpiritibus mineralibus nanciſcantur, ideoque pro diverſitate ſoli ac cœli eaſdem mutent: præterea omnes illi qui medicamentis vulgaribus curari nequeunt, mittuntur ad thermas & aquas medicatas: hæ autem abundant tum ſalibus nitroſis, aluminoſis, gemmeis, vitriolatis, tùm ſpiritibus ac diverſis ſubſtantijs metallicis, ſulphureis, bituminoſis, antimonialibus, mercurialibus, plumbeis, ferreis, cupreis & reliquis id genus, à quibus vires ſuas mutuantur, quas natura liberali manu in hominum ſalutem varijs in locis abundè ſuppeditat. Inſuper præſtantiora mineralia, quia longiùs ab alimentis recedunt (venena excluduntur) & quia in terræ ſinu abſcondita, (quò precioſius enim

enim aliquid & carius, eò majore curâ munitur & cuſtoditur) ne cuivis ſtatim pateant: ita aurum Arabicum & Ungaricum, quod in terræ viſceribus reperitur, & magno ſudore eruitur, melius auro Rhenano, quod in arenâ colligitur.

Qui ab alterâ ſtant parte, Paracelſicas pharmacothecas reijciunt; exiſtimantes medicamenta, purgantia ſcilicet, quæ alimentis & venenis ſunt interjecta, & alterantia, eſſe præſtantiora & tutiora, quæ naturæ noſtræ ſint familiariora, & ad alimenti naturam propius accedant, qualia quidem ſunt vegetabilia & animalia, ideóq; ſatius eſſe uti vegetabilibus & animalibus, benignis & amicis naturæ remedijs, quàm metallicis adeo noxijs & naturæ noſtræ adverſis.

A majoribus noſtris judicatum eſt infelix Hippocratis ſeculum, quod caruerit benignis illis remedijs, quæ felix Arabia nobis impertivit. Quis ergò furor, aiunt, inventis frugibus veſci glande? Mineralia enim, dicunt habere ſubſtantiam à noſtrâ tam longè diſtantem, ut non modò θερμὸν τὸ ἔμφυτον non poſſit illam aſſimilare naturæ, ſed ne vim quidem eorum medicatam in actum proferre: Cui ſententiæ adſtipulatur Eraſtus, cum dicit: pharmaca iſta magnâ violentiâ cogunt naturam vitioſos humores exturbare, ſed ita interim vires debilitant ac proſternunt, tamque maligna poſt ſe venenatæ qualitatis veſtigia relinquunt, ut nec illa ſeſe colligere, nec impreſſas veneni reliquias abſtergere poſſit. Hier. etiam Rubeus, ab aquis acutis, & ignis vi inimicam viſceribus qualitatem, & admodum pernicioſam communicari ait. Adijciunt inſuper, Chymica eſſe

Felix qui cautè mineralibus utitur æger Heur.

” ” ” ” De diſtill.

corroſiva & violenta, inflammationes, ſubitas impreſſiones & alterationes cauſare, & calorem naturalem opprimere atque conſumere; prætereà dicunt illa nimium eſſe cara, minimamque eorundem doſin evidenter veneni ſuſpicionem, præparandi verò modum igneam qualitatem arguere, ſæpiſſiméque morbos magnos ſopitos fuiſſe à Galenicis, clyſteribus & alijs medicamentis, qui Chymicis curari non potuerint. Producunt ipſi, & quidem ſpecioſè Heurnium Medicum eximium, qui ſcribit, ſe coli cruciatus multoties placaviſſe aniſi decocto, quos ejus oleo demulcere non potuerit. Sic vir quidam magni nominis ſæpiſſimè nephriticos dolores ſolo radicis altheæ pulviſculo ſedavit, quos alij Chymicis ſuis myſterijs & aſtralibus pharmacis ſedare non potuerunt.

In praxi med.

Similiter ruſticus quidam apud Libavium, filiam ſuam epilepticam curavit lotio vaccino: an propterea lotium hoc alijs antepilepticis præſtentius? (Sed autoritates hæ parum probant: ſingulare enim exemplum non detrahit regulæ catholicæ, & ex accidente eventus non tollit naturam rei & ſubſtantiam. Fortaſſis Heurnius de colicâ locutus eſt, quæ deterſione & anodyno ſimul indiguerit. Præterea contrarium ſtatuunt alij quoque ἀνυπόπτευτοι Doctores non minus celebres: Hieronymus Mercurialis dicit: » Aquæ rectè deſtillatæ meliores decoctis: licet enim in his habeamus facultates; » adeſt tamen & alienum corpus, ſcilicet aqua. » Cujus ſententiæ ſubſcribit quoque Dornkreilius. Manardus, Capivaccius & Saxonia dicunt olea eſſe fortiora extractis & decoctis: oleo enim cumini colicos, & oleo guaia-

De deſtil. ol. & aq.

In præf. diſpenſ.

guajaci multos curarunt gallicos, quos decocto curare non potuerunt.)

Clyſteres verò, quos Deus ſapientiſſimus hominibus primum monſtravit per Ibin avem Ægyptiam (ſicut venæ ſectionem per Hippopotamum, & vomitionẽ per canes) aquam marinam roſtro collóque oblongiore ipſam ſibi retorſione facta immittentem, & ſic inteſtina recrementis plena eluentem, ſæpè id efficiunt, quod Chymicis quibuſdam remedijs denegatur: id quod nec Ægyptios, nec Græcos, nec Arabes latuit, quorum unicum non rarò clyſter erat morborum remedium, ad quod tanquam ad ſacram anchoram confugerent. Multiplicem enim præſtant clyſteres in Medicina uſum, ſiquidem leniſſimè inferiora expurgant, ſuperiora conſequutione exonerant, viſcera preſſaque præcordia liberant, meliusque ſpirantia faciunt: vbi obſtructiones expediendæ ſunt in inferioribus inteſtinis, & σκύβαλα protrudenda, tutiſſimè adhibẽtur; non rarò etiam Iſchiaticos, nephriticos, colicosque dolores ſedant, præſertim à phlegmate vitreo manantes: non rarò æſtus leniunt, dyſenterica tormina & excretiones ſiſtunt, diarrhœam & lienteriam aſtringendo amoliuntur. Taceò quod nutriendi etiam vi clyſteres polleant, ut Langius & alij ſatis ſuperque comprobant. Nunquid autem hoc videbitur abſurdum? cum quidam ſolo panis odore ad tempus refecti ſint, ut de Demetrio & Democrito Laërtius & Arſenius referunt.

Gal. de venæ ſect. ad Eraſiſt. Plin. l. 8. c. 26. Æliã. c. 29

Herod. in Euterp.

Clyſterũ laus & uſus.

Gal. lib. 2. de loc. aff. Praxagoras.

Lib. 2. de tartaro.

Verum eſt, eoſdem à Paracelſo & nonnullis pſeudochymicis reijci, fortè nullâ aliâ de causâ quàm quod

illi

illi nil niſi eſſentias, tincturas & magiſteria uſurpant, quæ in anum infundere illis turpe & naturæ injurioſum foret. At verò multi nunc temporis prudentiores facti, ab aniculis etiam noſtris non ſine magno dedecore enematum vulgarium & domeſticorum, ut vocantur, (quorum varias. Galenus ponit differentias) conficiendi modum expetunt.

In com. aph. 36. ſ. 2. l. 6.

Caſus ἀξιόλογος καὶ ἀξιομνημόνευτος.

Circa uſum clyſterum caſus cujuſdam, quantum ego quidem ſcio, inauditi, quem meris clyſteribus, divinâ coadjuvante gratiâ curavi, non pigebit mentionē facere, quippe paradoxum quiddam in ſe continebit, & plurimis lectu erit gratiſſimus. Eſt autem talis: Matrona quædam valdè obæſa quatuor pepererat filiolas, quæ omnes primo ætatis anno elapſo mediante Epilepſiâ, vitam cum morte commutârant. Nec Medici nec mœſta mater caduci hujus morbi & interitus cauſam noverant.

Cùm verò quintam enixa eſſet filiam, hæcque primum ætatis annum ferè compleviſſet, eorundem motuum convulſivorum ſeſe præbuerant indicia; mater itaque priorum damno ſapientior facta, admodum fuit ſolicita, meque in conſilium vocavit, cumque de ſingulis, etiam de minimis, communi præceptore jubente, accuratè perçontarer, mater ſe nihil obſervâſſe aiebat, quàm grana quædam butyracea, inſtar piſorum & ceraſorum copiosè çum excrementis permiſta, aliquoties fuiſſe excreta, qualia quinta quoque filia tunc temporis excerneret: ego itaque ſtatim pingues haſce excretiones epilepſiæ cauſam fuiſſe ſuſpicabar, rationemque tàm granorum butyraceorum, quàm ipſius quoque ſubſe-

ſubſecutæ epilepſiæ hanc excogitabam, ad quam eruendam mihi vetula quædam premendis caſeis præfecta anſam dabat; quod ſcilicet magna ſit differentia lactis ab hâc vel illâ vaccâ emulcti: quodque lac aliud alio magis butyraceum. Similiter rem cum mulierculis ſe habere exiſtimabam, lacque lacte pinguius. Hoc itaque poſito, infantes dum adhuc teneli, ſolo plerunque lacte materno & mollibus quibuſdam pultibus paſcuntur, ubi pinguedo iſta lactis in alimentũ infantis nõ cedit, ſed in inteſtinis, tanquam partibus membranoſis adeoque frigidioribus condenſatur, atque in coli cellulis admodum profundis accumulatur, ibique latitans ſulphureos & arſenicales halitus de ſe mittens, epilepticorum paroxiſmorum autor exiſtit. Quod verò primo ſemeſtri pinguedo iſta granulatim cum excrementis non excernitur, in cauſa eſt fecum liquiditas & mollities: quamprimum verò infans juſcula, carnes & alia ſolidiora comedere incipit, alvi feces duriores & compactiores factę, cum materiâ iſtâ butyraceâ in coli inteſtini cellulis contentâ fortiter aduniuntur, majorique niſu excernuntur. Hanc novam de novâ elepſiæ cauſâ opinionem, præter doctiſſimorum quorundam virorum judicia, effectus ipſe ſatis ſuperque probavit; quintam enim filiolam talia quoque butyracea excernentem granula, & quoſdam etiam leves perpeſſam paroxyſmos epilepticos, ſolis clyſteribus abſtergentibus & ſingulari quodam liquore hordeaceo auxiliante DEO, exoptatæ ſanitati reſtitui, quâ etiamnum, gratiâ ejuſdẽ, fruitur. Nemo autem mirabitur ſuper hâc re, qui novit non eſſe ullam in humano corpore particulam, in

Epilepſię cauſa nova & antehac incognita.

quâ non poſſit generari aliqua qualitas maligna, quæ cerebrum petat, & epilepticos motus excitet, unde obſervata eſt à medicis probè expertis epilepſia proveniens à vitio digiti vel manus vel pedis.

Minado⁹ Saxonia.

Conjungenda medicina Hippocratica cũ Hermeticâ dictâ.

Ut verò de paulò antè commemoratâ controverſiâ noſtram quoq; interponamus ſententiam, affirmare non dubitamus, neminem jure elegantis Medici noſtro ævo poſſidere titulum, qui non Hippocratis ſimul ac Hermetis legitimus hæres ac diſcipulus fuerit, qui non Paracelſica ſimul ac Ariſtotelica intelligat principia, Sal, ſulphur, Mercurium, & materiam, formam ac privationem, qui non æquè intemperiem, vitiatam compoſitionem & unitatis ſolutioně, ac morbos mercuriales, ſulphureos & ſalinos cognoſcat: neminem inſuper verum legitimumque ſanandi modum aſſecuturum eſſe, niſi veterem illam cum novâ medicinâ conjunxerit. *Noſtra namque tempora non ſinunt nos eſſe medicos bonos & abſolutos ſine Alchimia. Nec enim ſatis eſt urinam adſpicere, ut quidam Medici mirâ artis oſtentatione elati, ex ſolius fœtidi lotij inſpectione (quæ tamen fallaciſſima & nobiliſſimæ noſtræ arti ſola contemtum parit maximum) velut vatidicæ anus ex cryſtallo, de ſubſtantia & interna morbi causâ temerè pronunciare audent, ac de ęgrotantis ſalute vel pernicie tanquam ex delphicâ Apollinis tripode vaticinatur, ne dicam perfrictâ fronte nugantur.

Morbi ex Tartaro vel reſoluto vel coagulato à priſcis nõ cogniti, multò minus curati ſunt.

* Andernac⁹, Mathiolus & Benivenius.

*Libavi⁹ in Alch. triumph.

Scripta itaque Teophraſti non ſolum ad Hippocratis, Galeni & Avicennæ ſcripta rectius intimiusque intelligenda magnum nobis præſtant beneficiũ, ſed ad hoc etiam conducunt, vt impoſtorũ & pſeudochymicorum

rum errores internoſcere, eorundēq; abſurdiſſimas opiniones, & ridiculas aſſertiones reijcere poſſimus: ſicut enim verus Theologus omniū hæreticorū libros indefeſſo ſtudio evolvit, ut blaſphemas & impias eorū ſentētias refutare poſſit, ita verus quoq; Medicus utriuſq; medicinæ autores perlegere, & bona appræhendere, mala verò reijcere debet; ſic enim ægrotantium ſaluti, ſuæq; conſulet famæ: nec ipſi à Chymicaſtris objcietur, quod quibuſdam obijci ſolet: ille noſtra non intelligit principia, ergò cum illo diſputare nequimus: contra negantem autem, ut ipſe ait Ariſt. principia, non eſt diſputandum. Fideliter ergò Hornius omnes commonefacit φιλιάτρους his verſibus:

Pſeudo Galeniſtas fuge, perverſosq́; ſophiſtas:
Audax nec placeat pſeudochymiſta tibi.
Dedita ſed Chymicis operis, ſtudijsq́; Galeni,
Agmina ſecteris: ſic benè tutus ages.
Non tamen ullius jurandum in verba magiſtri: Horat.
Judicio gaudent liberiore Sophi.

Medicus itaque auxilia medica eorumq́; genuinum præparandi modum à Galeno & Paracelſo, curādi verò methodum (ſine quâ curatio inepta planè & empirica) indicationum inventionumq́; momento conſtantem à Galeno ſolo repetat, vel ſi prudens ſit Teophraſtum quoq́; conſulat, cujus methodus rectè intellecta, rationi & experientiæ etiam conſentanea, & in morbis levioribus utatur Galenicis, in gravioribus ſpagiricis, vel promiſcuè his & illis. Cum enim contra mures aut formicas bellandum eſt, ſuffecerint pygmæi vires: illi verò qui cum leone certaverit aut

Meſues in Canō. Prudenti medico ſemper in animo ſit, iſtum eſſe ſapiētiæ gradū ne ad medicinas fortes deveniat, niſi ubi debiles non contulerint.

Muſetus. Hippoc.

apro Ætolico, huic Hectoreâ manu aut gigantum robore opus eſt. Extremi quippe morbi, extrema poſcunt remedia: & malo nodo malus applicandus eſt cuneus: ideò Paracelſus ad morbum ferreum jubet adhibere medicamentum chalybeum. Contra ſi quis fecerit, inſtar boni illius Lucrionis erit, qui Herculi parvum, pumilioni magnum induebat calceum.

Ratum igitur eſto; quod Medicus remedijs Chymicâ induſtria præparatis, juxta Hippocratis præcepta uſurpatis, citiùs, tutiùs & jucundiùs graviores morbos percurare valeat, quàm alius Ludimagiſter Galenicus. Hinc Paulus Renealmus inquit: morbi citò, tutò & jucundè debellari poſſunt, ſi præcipuè Galenicis præceptis chymica remedia veniant ſubſidio: & Mathiolus audet dicere, neminem medicum abſolutum eſſe poſſe, imò nec mediocrem quidem, qui in Spagirica arte non ſit exercitatus. Et paulò poſt addit: Qui morbos chronicos ſine metallicis medicamentis aggrediuntur, ij plerunque re infectâ, cum magno & ſuo & artis Medicæ dedecore deſiſtunt.

In obſervat. med.

Lib. 4. Epiſtor.

Et quis amabo ignorat, quod præſtantiſſimi quique noſtri temporis Medici non ſolis chymicis, ut Pſeudoſpagyri factitant, uſi fuerint medicamentis; ſed quandoque his, quandoque vulgaribus vulgò dictis Galenicis, prout ipſis ægro ex arte conſuluiſſe viſum fuit. Imò Monarcha Spagyrorum Theophraſtus æque his & illis curationes ſuas perfecit, ut ex ii ſ. experimentis & curationibus ejuſdem videre eſt: Rulandus etiam ſenior duo millia hominum lethaliter decumbentium utriusque medicinæ remedijs reſtituit, ut centuriarum medicinali

Ruland. Junior in progym.

cinalium millenarius ejuſdem geminus conteſtatur. Non dicam quot hydropicos, podagricos, epilepticos, quartanarios & Gallicos medicamentis ex utroq; fonte, Hermetico ſcilicet & Hippocratico hauſtis, Balthaſar Brunnerus vitricus ac ſocer meus p.m. curarit, quorum non pauci etiamnum ſunt ſuperſtites, & exoptatâ valetudine fruuntur.

Tutius verò eſt ijs uti medicamentis, quæ minus lædentia naturam, contra morbum pugnant, maximeq; juvant, ſive ſint mineralia ſive vegetabilia, & quæ ſunt in uſu frequentiori, ut Trincavellius ſuadet, & ſæpius fuerint experta, atque probatiſſimorum Medicorum modernorum & antiquorum experientiam ſequi, neque ex uſu novorum medicamentorum ſub quodam ſecretorum prætextu favorem & auram popularem adfectare. Noviſſe enim debet quilibet Medicus, quod omnes antiqui in hoc conſentiant, medicamentum id, quod plures experti ſunt, & naturę eſt familiarius, illi eſſe longo intervallo præferendum, quod non eſt experientiâ comprobatum. Prudenter Heurnius: Prudentia remedia, id eſt ſeneſcentia, ſive ſint Galenica ſive Paracelſica, quæ ætatis temporisque ignem ac injuriam ſuſtinere potuêre, imò quæ inde, unde alia cecidêre, gloriam retulere, amplectamur.

Lib. 1 de compoſ. med. c. 15.

Galen. 4. meth. med. Damaſc.

Ubi enim de ſalute humanâ agitur, non ſtandum uniuſcujuſque judicio, ſed eorum qui autoritatem longo tempore ſibi compararunt, ut Juriſconſulti faciunt, qui in judicijs non niſi communem probatiſſimorum virorum ſententiam ſequuntur.

Cęſalpin in pract. med.

Tutiſſimum verò eſt uti ijs quibus delinqui non poteſt,

teſt, ut Diocles Cariſthius Medicus eximius ad regem ſcripſit Antigonum, qualia ſunt illa quæ lentè paulatimque affectum depellunt, nullo aut certè quam minimo corporis & virium diſpendio, nec ullâ qualitate noxiâ in corpus inductâ: nunquam enim medicus pharmacis uti debet, jubente Galeno, quæ mortalibus noxam inferre poſſint.

Hipp. 2. aph. 51. τὸ κατ' ὀλίγον, ἀσφαλὲς. Gal. 10. ſimplic.

Quantum verò ad medicamenta chatartica, non cõſentio cum noſtris Chymicaſtris, qui in quâcunque alvi conſtrictione & levi evacuatione, gulæ potius & palato litare ſtudentes, quàm Divæ Hygieæ, ſtatim ad mineralia confugiunt, Mercurium ſcilicet & Antimonium, maluntque uti muſcerdâ Paracelſi, quàm Caſſiâ Galeni.

Quorſum diſcrimen inter mitia & vehementia Medicamenta.

Quanquam autem non nego, ☿ & ♁ ab artificibus rectè tractata, benigniorem energian nanciſci poſſe ipſis dacrydiatis, & colocinthiden, Turbetum, Elleborum, Elaterium pro baſi conſtituentibus medicamentis, ſed æquè benignam ac tutam, atque Manna, Caſſia, & Sena, nemo mihi perſuadebit. Illorum enim unius grani pondere homini plus nocere, quam horum ſemunciâ, poſſum. Mercurius inſuper & Antimonium, quocunque etiam modò præparata, inter mochlica & vehementia referenda ſunt Cathartica, quod ex ſolâ etiam doſi, & vi vomitoriâ, à ſpiritibus Mercurialibus & arſenicalibus promanante, quâ raro aut nunquam carent, omiſſis alijs rationibus compluribus, conijciendum. Hæc enim palato ſemper grata, ſaluti raro: ſæpè enim adeò naturam conturbant, & tantopere exagitãt, ut omni, quâ poteſt, vi, ſuſque deq; ſe exonerare cogatur. Quoniam verò illa ad altiora à Deô deſtinata ſunt,

vehe-

vehementer erramus, ſi tàm generoſis medicamentis abuti,& fœtidas alvi feces iiſdē unō momentô quaſi educere velimus, cum alia longè benigniora,ipsô Quercetanô atteſtante, huic fini deſtinata, nobis ſuppetant remedia,ut Manna,Senna,Rhabarbarū,quod hepatis animam vocat Meſues.

Nō unô, at crebris deciditur ictibus arbos.

Malimus ergò clementiorib⁹ quandoque uti remedijs, modò tollendo malô idoneis: Violentis enim Medicamentis non temerè utendum eſſe, præcipit Plato in Timæo, & longè ante eum Hippocrates (in Epiſtolâ ad Cratevam) qui Democritum ſuum Achaten Elleborô curare noluit, affirmans, nullum eſſe medicamentum ſolutivum, quod non deprædetur aliquam partem de viribus corporis noſtri.

Et Avicennas Arabum princeps dicere ſolitus eſt: Medicinæ purgativæ licet non ſint venenoſæ,eas tamen bibere,naturæ valdè laborioſum eſt.Plutarchus verò inquit: αἱ δὲ περὶ τὴν κατακοιλίαν ἐκταράξεις διὰ φαρμακείας φθείρουσαι, καὶ τήκουσαι τὰ ὑποκείμενα, πλείονα ποιοῦσι περίττωσιν ἢ ἐξάγουσιν.

Mitiora purgantia è primâ corporis regione: Mediocria è vaſis majoribus; Valētiora è corporis habitu, è ſingulisq; partibus evocant.

Idquoque Priſci non ſolùm diligentiſſimè tradiderunt,& poſteriores religiosè obſervarunt,ſed & experiētia quotidiana,optima ſcilicet Magiſtra, debitè confirmavit, ut à purgantibus violenter,& enormiter trahentibus, ſedulò caveamus: ſiquidem nihil viribus demoliendis virulentius, nihil morte propinquius his eſſe poſſit, quæ cordis robur confringant, ſpiritus conſumant, mentem ſtupefaciant, humores conturbent, ſitim, nauſeam, & tormina pariant,calorem vegetum mutent, viſcera omnia peſſundent,

Hipp.2. aph.36.

Gal.lib.2. c.12. de vict.ratione. Actuar. lib.3.c.7.

dent,& ſæpe graviſſimis morbis,imò letho ipſi,occaſionem præbeant. Sic ergó in Catharticis vehementioribus & parvâ doſi,cautio requiritur magna,induſtria ſingularis, præmeditatio acris,exercitatio longa, judicium limatum , & examen perfectum , ſi modô medicus piè & rectè mederi velit.

Mitia grata magis, mitia tuta magis.

Concludamus igitur, nunquam,niſi ſummâ poſtulante neceſſitate,& quando nimis altè fixas morbi radices habent,Antimonialibus & Mercurialibus purgationibus utendum eſſe.

Et hæc de abominabili medicamentorũ Chymicorum uſu dicta ſunto.

Ariſtot. 1. Reht.c. 1. πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς, πλὼ ἀρετῆς, ἄν τις βλάψειε τὰ μέγιστα, χρώμενος ἀδίκως.

Quoniam verò res pretioſa propter abuſum non damnanda,multò minus tollenda : & nulla eſt ſcientia adeò honeſta , adeò caſta,adeò ſancta , quin nævis quibuſdam interdum deformetur. Si enim ex abuſu quæque æſtimanda & ponderanda veniant,facile Juris prudentiam , Medicinam , & ipſam Theologiam damnaveris. Vidimus enim noſtrô ævô ſartores,ſutores,fullones, Naccas,alioſque ejus farinæ homines, publicum ſuggeſtum aſcendere , & quæ non didicerunt,profiteri : imò, quod majus eſt, regnum cœlorum, ad quod ipſi acceſſum non habebant,alijs polliceri.

Mitto Juriſprudentiæ ulcera,quæ nonnullis non niſi licitum putatur latrocinium : Prætereo Medicinæ Carcinomata , quibus hoc tempore nihil contaminatius , nihil putidius : dum paſſim , quod medicorum eſt, garrula anus,olidus Balneator,audaculus tonſor , perfidus Judæus,verboſus ſophiſta , & temerarius Paracelſiſta,ſibi vendicant.

Sedu-

Seductorem Theologum niſi poſt plurimorum perniciem; Imperitum Advocatum, niſi poſt cauſas clientũ inſcitiâ ſuâ ſæpius perditas: indoctum Medicum, niſi poſt multorum neces quilibet non facilè dignoſcet. Quis tamen veram Theologiam, Juriſprudentiam, rectum & legitimum Medicinæ uſum, vel aliam quamcunque ſcientiam abominetur & damnet? Spero itaque me Æthiopem non lavaturum, ſi de verò medicamentorum Spagyricorum uſu pauca dixero. Hic autem conſiſtit in rectâ præparatione, & legitimô utendi modô. Quamvis enim Medicina artificiosè ſatis ſit præparata, peccetur verò vel in exhibendi modô, vel in regimine utentis, irrita erit omnis medicamenti actio. Non enim ſatis eſt, Chymiatrum ſuum feciſſe officium, niſi ſuum quoque ægrotus, ſuum aſtantes, faciant, ſintq́; externa ritè comparata, ut præſupponit Hippocrates in principio ſuorum aphoriſmorum, qui ſecundum Suidam ἀνθρωπίνην ὑπερβαίνουσι σύνεσιν.

Rectus uſus Medicamentorum Chymicorum conſiſtit ἐν τῇ σκευασίᾳ, καὶ τρόπῳ χρήσεως. Hipp. 1. lib. aph. 1.

Ad veram autem præparationem pertinet efficiens, Materia, ejuſdemq́ue electio, correctio, (in quâ majores noſtri plurimùm ſudârunt, citra hanc enim panis etiam & vinum, præcipua alimenti fercula, nobis noxia & perniciosa forent) nec non artificioſa præparatio. Hæc ſi omnia concurrant, legitimè diſponantur, perficiantur ac adminiſtrentur, exoptatus ſequitur effectus, morbus enim abigitur, ſanitas verò recuperatur.

Ἡ σκευασία in quibus conſiſtat.

Verùm hîc quæſtio obiter incidit, utrum Doctori, ſalvo ſuo honore & exiſtimatione, licitum ſit præparare medicamenta.

Liceatnē medico Doctori αὐτοχείρως medicamenta ꝑparare.

Ariſtomacho Solenſi parum præſidij ab eruditio-

ne ſolidâ partum erat, dum in muſcarum naturâ inveſtigandâ, pulicumq; ſaltibus metiendis ſexaginta annos inſumſit: non abſimiles iſti delicati, & ſolis cogitationibus incumbentes Medici, qui ignominiæ eſſe ducunt, proprijs manibus forcipes ac carbones tangere, fornaces ſtruere, atque medicamenta præparare, cum tamen Anatomica tractent cum magnâ voluptate, quæ videntur longè abjectiora, ſi mea me non fallit opinio. Quid ſordidius, quàm cõtemplari elephãtica cadavera, ulcera Gallica, & carcinomata purulenta? quid turpius & fœtidius urinis, ſtercorib. ſputis? & tamen illis upupis plauſibiliora hæc ſunt, quàm limus & fumus.

Multi Reges & Principes varias præparationes & compoſitiones medicamentorum ſuis manibus elaborarunt, illasq; ſuis nominibus, tanquam à ſe profectas, inſigniri voluerunt. Qualia ſunt Mithridatium, quod Rex Ponti Mithridates: Philoniũ, quod Philo: Electuarium Juſtinum, quod Juſtinianus, & id genus infinita alij excogitarunt, elaborarunt, proprijs ſuis nominibus notarunt, proprijs manibus confecerunt, quibus indies ipſi utimur. Auguſtiſſimum noſtrum Cæſarem Rudolphum licebit adducere, quem publicâ famâ paſſim conſtat, artem Chymicam impensè amare & excolere. Si talium Magnatum veſtigia ſequerentur delicatuli iſti Medicelli, & ſecreta ſapientiſſimæ Naturæ indagarent, forte fumo os opplerent, lutô annulos aureos polluerent, carbonibus tenellas manus læderent & obfuſcarent. Ut taceam ingentem animi voluptatem, & ſummam utilitatem, quæ ex hujuſcemodi laboribus & arcanorum perſcrutatione oriuntur.

Dicite

Dicite quæſo mihi, quis Hippocrati, Galeno, Avicennæ, & reliquis Medicinæ principib⁹ fuit Pharmacopæ⁹? Quis ergò non mavelit cum Galeno, Theophraſto, Matthiolo, Severino, Quercetano, Turqueto, Platero, Brunnero, alijsq; Hermetis nepotibus, principibus etiam & Magnatibus fumum, quàm cum illis Uroſcopis & κοπροφόροις ſeu σκατοφάγοις (ut jocoſis lepidiſſimi Ariſtophanis utar verbis) ſtercus & lotium olfacere, & in laboratoriô, quod vocant, deſudare, cum ipſemet etiam Galenus hoc ſuadeat in librô de Antidotis, qui etiam Theriacum, Imperatoribus Antonino & Severo ſic jubentibus, ſuis diſpoſuit & perfecit manibus. In Pluto.

Si verò Practici Chymiatri propter varias occupationes ſępè laboratoriũ frequentare, laboribusq; Chymicis ſedulo præeſſe nequeant, candidis potius & ſolertibus Pharmacopæis, quàm circumforaneis iſtis ardelionibus ac Pſeudochymiſtis, arcana cõmittãt, illorũq; opera medicinas ſuas cõficiant, niſi oleũ & operã perdere velint.

Efficiens itaq; ſit Chymiater, à naturæ lumine genit⁹, vir bonus, nõ avarus, caſtus, congruus, fidelis, veritatis amans, in arte peritus & exquiſitè doctus, ut omnes ſuas actiones, imò omnia quæ profert, dicta, firmis & plauſibilibus rationibus ſtabilire poſſit. Ut enim non auditur Juriſconſultus, qui loquitur ſine lege, ſic non audiendus Chymicus, qui ſine ratione aliquid affirmat: quin imò oportet ipſum eſſe providum, prudentem, ac diligentem, niſi ſpe ſuâ, quod opinione ipsâ celerius fieri poteſt, fruſtrari velit. Efficiens rectæ præparationis. Parac. de Podagrâ. Has proprietates reqrit in Chymiatrô Parac. in paragr. 1. tr. 4. de propriet. medici.

[Hip. in lege ſuâ, in medicô reqrit naturã, doctrinã, locũ ſtudijs aptũ, inſtitutionẽ à puerô, induſtriã, tempus. Gal. permulta recẽſet in lib. de cõſt. artis medicę, q̃ requirãtur ad medicũ præſtantẽ. 1. ὀξεῖα φύσις

2. ἄσκησις. 3. εἶναι φιλοπονώτατον. 4. Probitas. 5. Cognitio methodi. 6. Exercitium methodi.]

Heroph.

Talis Triſmegiſti meretur nomen filij, & in oratoriô & laboratoriô cum fructu χεῖρας τῶν θεῶν, i.e. Chymica & ſalutaria remedia præparare poteſt, præſertim ſi electio & correctio materialis ſubjecti accedat.

Materia præparãda.

Materia verò Chymica ſit ſelecta ac benigna: Maligna ac venenata, quam ex ſignaturâ & anatomiâ internâ Paracelſus: ex effectis verò Meſueus dignoſcere docet, quantum fieri poteſt, vitetur: licet enim nihil in totâ rerum univerſitate tàm malignum ſit, quin in ſe aliquid commodi occultatum contineat: ut ex viperis, bubonibus, ac ſcorpionibus apparet: Venena inſuper arte & Vulcanô facilè corrigi poſſint, remanet tamen plerumque aliquid, quod ortus ſui teſtimonia ferat: arbor enim putrida non fructus ſalubres, nec ſpina uvas producere poteſt.

Mat. c. 7.

Fontes Materiæ medicæ.

Illam igitur materiam tàm ſimplicium, quàm compoſitorum medicamentorum ex vegetabilium, animalium & mineralium familiâ depromi, nemo non novit.

Gal. 6. ſimpl. 1.

Materiæ medicæ minerales, eæque inſigniores.

Par. in tr. de philoſophiâ, I. iẽ, de arſenicô.

De Vegetabilibus & animalibus nulla eſt controverſia: Mineralia verò à plurimis planè reijciuntur, & naturæ humanæ infenſiſſimi hoſtes proclamantur, præſertim verò Mercurius, Antimonium, Vitriolum, & Arſenicum. Ultimum hoc propter corrodendi & putrefaciendi facultatem deleterium eſſe, nullus ibit inficias, quippe cum drachma una ejuſdem, equum quemlibet interimat, & hac de causâ intrinſecus uſurpari, nullô modô debeat. Mercurius verò crudus nequaquam eſt virulentus, cum plurium teſtimoniô, à multis innoxiè

xiè potatus & ab Arabibus & Græcis ita crudus in medicamentorum compoſitione uſurpatus ſit, atque in Carinthiâ & Carniâ vicinisque locis puerperis ad facilitandum partum, nec non in Iliacâ & tineis alvi propinetur, & exterius quoque applicatus, peſti, alijsque pluribus affectibus non parum conducat. Si hydrargyrum eſſet venenum, ut multi opinantur, Illuſtriſſimus heros Georgius Marchio Brandeburgicus, qui Onoldini noctu valdè ſitibundus integram lagenam argentô vivô repletam, epotavit, repentinâ morte perijſſet, ut & omnes illi Gallici, quos Botallus pilulis ex ſolô hydrargyro crudô confectis curavit. Mercurius, modò extinctus ſit, interius hauſtus, nocivus non eſt, ut ſentiunt Gilbertus Anglicus, Avicenna, Fallopius, Rondeletius. Maſſa, Cardanus, Agricola, Palmarius, Ardoynus, & Monavius. Matthiolus, Braſſavola & Augenius dicunt, Mercurium vivum eſſe venenum valdè medicamentoſum, eoque nos poſſe uti ſine omni periculô, in lumbricis, & partu difficili, imò, adhibitâ cautione & diligenti circumſtantiarum conſideratione, etiam in colicâ, Apoplexiâ & Epilepſiâ, præſertim, quando alia medicamenta parum aut nihil prodeſſe videbuntur. Si itaque crudô licet uti, quidni utemur præparato, qui dubio procul artificioſâ illâ correctione vires longè præſtantiores acquirit.

Theoph. in defenſ. 3. Vigont. Eraſtus Rudeus. Jordãus de peſtis phęnom.

Stibium Pariſienſes Medici appellant inventum Cacodæmonis, exiſtimantes, ori ventriculi eſſe inimiciſſimum, & in venas raptum ſingulas corporis partes vellicare ac laceſſere. Matthiolus verò & alij multi vocant manum DEI, præſertim in deploratis pituitoſis,

Mercurij vulgaris ſpirit⁹ frigidi etiã hominẽ longè remotũ paralyſi: ſpiritus verò ejus calidi inter deſtillandũ, vicinum inſigni capitis ardore afficiunt. Muſetus.

ac melancholicis affectibus, & chronicis, ubi tota maſſa ſanguinea in univerſo venarū ambitu corrupta, & multorum morborum ſeminarijs referta eſt. Illi procul dubiô venenum, hi verò antidotum eſſe arbitrantur, quorum opinioni adſtipulantur Myrepſus & Arnoldus, qui Antimonium cum Caſtoreô miſtum, contra vertiginē, apoplexiam & paralyſin antidoti locô præſcribunt. Similiter quoq; Antonius Fumanellus & autor Roſæ Anglicæ ſtibium in Epilepſiâ commendant.

Antimonium vitrificatū, quoniam mera eſt Saturni marchaſita, in ſe ☿ arſenicalem & ſulphur auripigmentale habens, omnis venenatæ qualitatis nequaquam eſt expers: per philoſophicā verò elaborationē plurima ſelectiſſima eaq; utiliſſima ex ipsô eliciuntur remedia, propter ſulphur videlicet Balſamicū, quod habet incōbuſtibile, ſulphuri ſolis nō abſimile, ut infra dicem⁹. Damnū itaq;, quod ſæpè ex uſu præpoſterô ſtibij & aliorū metallorum ac mineraliū emergit, κατὰ συμβεβηκὸς fit, nec Antimonio, ſed imperito adſcribendum Medico.

Vitriolum ejusque ſpiritum multi reijciunt, clamitantes non eſſe medicamentum eſurinum, ſed calidiſſimum, ſummoperè deſiccans, materias excrementitias in ventriculô congelans, cruſtas inducens, hominē exurens, ſtomachum penetrans & erodens, atque foramine factô, ut in pannô ſolet, morti occaſionem præbens: Hi verò neſciunt, multa extrinſecus adhibita, cutem exulcerare, ut allium, ſinapi, cantharides, atque erodere, ut acetum, ſuccus citri & limonum, ſpiritus mellis &c. quæ æquè ac ſpiritus vitrioli, metalla exedunt, & tamen ſtomachus ſine noxâ recipit, & ope innati, adjuvante epa-

tis

tis & cordis calore, domatur. Sic humores excrementitij, bilis flava, atra, æruginoſa, & pituita acida in terram effuſa, eam fermentant, & in bullas attollunt, obviaque quæque arrodunt, & tamen corporis partibus internis nihil nocent.

Si Hippocrates ex Cantharidibus potionē hydropicis propinat, & Dioſcorides crudū vitriolum, quod ipſi tamē & Galeno erodentis ac ſepticę proprietatis eſt particeps, vermibus enecandis exhibet, quis non tutiùs vitriolo philoſophicè præparatô uti mallet. Lib. de victus rat. Lib. 5. c. 74. Lib. 9. de ſimp. fac.

Arſenici verò virulenta qualitas per fixationē, mortificationem & reverberationem ita mulceri poteſt, ut ex ipſo etiam ſalutaria admodum medicamenta confici poſſint, præſertim ad uſus externos, ulcera phagædenica, Chironia, gangrænas, &c. & ad amuleta in peſte, quæ multi cum Peripateticis reſpuunt, nos verò cum Platonicis approbamus, ut alibi demonſtravimus: Quin etiam correctum & Hermeticè præparatum, experientiâ ipsâ teſte, intrinſecus quandoque, & quidem tutò ſumi poteſt, præſertim cum non ſolum Meſues, Trallianus, Ægineta & Aetius ipſius externum & internum uſum approbent, verùm etiam Myrepſus eô utatur crudô in Antidotô Perſicâ, & in antidotô Muſæ Apollonio adſcriptâ. Avicenna etiam illud intrinſecus propinat, nec non Galenus cum Galbanô illud ſuffitu attractum tuſſientibus præſcribit. Parac. de Arſen. Amuleta Arſenicalia maximè efficacia repeciſſe dicitur Pontifex Adrianus. 9. Med. loc. c. 5.

Quanta autem ſit materiæ Chymicæ, id eſt, mineralium, vegetabilium, & animalium differentia, pharmacopæi & Chymici ſolertes norunt, vel ſaltem noſſe debent: quantùm enim, gratiâ exempli, differt Antimonium Materiæ præparādæ electio.

um ab Antimoniô, ſulphur à ſulphure, Mercurius à Mercuriô? quoties enim hic plumbo adulteratus eſt? optimus quidem ex Hiſpaniâ tranſportatur & Germaniâ, quem cochleari argenteô excipito, & ſupra candelam vel prunas exhalari permittito: mox enim in fumum eſt abiturus: qui ſi argentum aureô colore tinxerit, purus: ſi nigrô vel fuſcô, impurus & malignâ qualitate præditus habetor.

Sic Camphoram probabis, ſi ſuper panem ſimilaceum calidum poſueris, & illa fluxerit, bona: ſin minus, nullius erit momenti. Spiritum verò vitrioli, cum aliquot ejuſdem guttulas in cyathum vinô plenum ſtillaveris, & ſpiritus ebulliendo ſurſum ſe allevet.

Paracelſ. in aurorâ.

Antimonium, verum auri balneum, optimum eſt, quod intus acutum, longum atque rutilans.

Sulphur optimum, flaviſſimum: Rubri enim coloris; multum habet arſenici & Realgaris.

Tartarum optimum, quod frangendo niteſcit.

Meſue. Galen.

Turpetum optimum, albiſſimum & gummoſum.

Opium optimum, Thebaicum, & quod ex Cairô advehitur, albicans.

Coralli rutilantes optimi, caliginoſi peſſimi.

Quantum differt Helleborus niger à Conſiligine, quæ tamen vulgo pro verô uſurpatur helleborô: videat etiam, ne cadat judiciô, qui extractô conſiliginis, locô Hellebori utitur: æger enim magnâ ſui pernicie diſcrimen eſt obſervaturus.

Quanta quæſo eſt diverſitas menſtruorum, quibus ad pleraque myſteria Chymica neceſſariò indigemus: quot aquæ fortes, quot Cæſareæ & regiæ, quot denique corro-

corrodentes ſpiritus & acerrimi liquores uſurpantur pro menſtruis, quibus Pſeudochymici ſuas extractiones, tincturas, & magiſteria conficiunt.

Rationem itaque Chymicus conſulat, & experientiam, duo ſcilicet electionis Medicinæ inſtrumenta, & eligat mitiora, ut ſerum caprinum, ſpiritum vini ſimplicem & tartariſatum, quo nullum reperitur menſtruum ac diſſolvens generale præſtantius, præſertim in extrahendis eſſentijs catharticis: aquas deſtillatas, quas ſuccô limonum vel citriorum, ſpiritu vitrioli, vel acetô montanô acidulas & efficaciores, ac ſpiritu tartari correctiores reddere poteſt. His addamus ſpiritum mellis & Terebinthinæ, ſuccum citri, vel etiam acetum deſtillatum: quæ licet acredinis ac corroſionis etiam non ſint expertia, tamen artificioſâ lotione aquarum ſimplicium & compoſitarum ita poſſunt corrigi, ut tutiſſimè ſumi poſſint. Ad hoc inſtitutum inſervient quoq; ſpiritus Juniperi, Guaiaci, phlegma vitrioli, hydromel vinoſum, vinum Canariæ, ſuccus pomorum porsdorfſianorum, & menſtruum cœleſte, quod ſecundũ Quercetanum eſt ros Menſis Martij, cum ſuô ſale, Mannâ.

ὁ λόγος ἤτε πεῖρα, δυοκριτήρια καὶ δύο σκέλη τῆς ἰατρικῆς. 9. meth. c. 6. & 13. method. c. 11.

Materiæ Chymicæ corrector optimus omnium conſenſu eſt Vulcanus, qui illam verè purificat, (purificatio autem remediorum, genuina eſt correctio) & pleraque ea, quæ Pharmacopæus ſuis corrigentibus, ipſe igneô ſuô ſputô præſtat. Non pauca ſanè ignis commerciô evadunt mitiora ac meliora, quod tamen multi inficiantur, ut Chalcitis, lapis phrygius, Vipera, & id genus alia, & multa medicamenta, quamdiu veterem ſuam obtinent naturam, acerrima & corporibus noſtris

Correctio materiæ medicamentorũ chymicorũ. Galen. ad Piſon.

inimica ſunt: domita verò ignis violentiâ, curationi fiunt congrua. Medicamenta igitur acria uſtione ſemper frigidiora fiũt, quæ verò mitiora ſunt, uſtione acriora evadunt, ut rectè ſentit Valeſius. Sic Mercurius, Antimonium, Arſenicum, & alia quævis erodentia, maximéque venenata metallica & mineralia, Vulcani benevolentiâ ſalutarem vim nanciſcuntur. Hæc ita intelligens Muſetus, audacter pronunciat: Nullum ex Universô naturæ penu venenum eligi poſſe, quod poſt factam in igne fixationem bibere recuſaret. Non rarò tamen alia quoque corrigentia ſunt neceſſaria, non tantùm ut venenoſitatem exuant, ſed ut partes, ad quas appellunt, aut inoffensè permeent, aut vis purgandi languida excitetur, aut effrænis refrænetur: ut ſi eſulam velimus extrahere, ipſam ſerô caprinô, ſi Elaterium & Colocynthiden, ſuccô Cytoniorum, oleô amygdalarum vel butyri, & vinô generoſo, Si helleborum nigrum, vinô Canariæ corrigamus oportet. Sic Scammonij lenta ac viſcoſa malignitas, quæ alioquin adhæſione ſuâ in ventriculi tunicis tormina & cruciatus excitare conſuevit, imbibitione ſucci roſarum pallidarum, & cydoniorũ, aliquoties reiteratâ, vel etiam oleô vitrioli diſſipatur ac corrigitur. Sic vitium florum Antimonij vomitorium, à ſuô ſale proſiliens, ſale marinô, in mortariô ligneô corrigitur. Sic Opij malignitas, quàm à propriô habet ſulphure, demtô ſulphure acetô vini, quod verum ipſius correctorium, compeſcitur. Sic ſulphur per ceram optimè purgatur, ejusque fætor prohibetur, ſi lentô igne diſſolvatur, & in ſpiritum vini infundatur, atq; iterum pulveriſetur. Sic Mercurius ſublimatus cum ſale

Lib. 9. cõtroverſ.

Zvvingerus.

Quercetanus in Sclopetariô.

fusô ita corrigi ac mulceri poteſt, ut drachma una ejuſdem innoxiè dari poſſit.

Quo etiam vis & efficacia in quibuſdam admodum obtuſa & languida ſolicitetur, quandoque acria quædam, ut aromata vel ſalia addere cogimur, ut plerunque cum extractis fieri aſſolet. Sic Rhabarbaro canellam, Cnico cardamomum, aloe nucem moſchatam, & maſtichen, agarico turpetho & ſennæ Zingiber admiſcemus, non ſolum ut malignitas ipſorum retundatur, ſed etiam ut facultas attenuandi & incidendi adaugeatur, & vis purgatrix tardior, celeretur. Præcedente hoc modo materiæ electione & correctione, feliciter ſequitur præparatio, præſertim ſi artifex omnium inſtrumentorum deſtillatoriorum exacta & exquiſitam habeat cognitionem: Opificem enim artis ſuæ inſtrumenta ignorare turpe foret. Parac. de tartaro.

Beneficio namque inſtrumenti cujuſdam venerei liquores balſamici ex omnibus rebus etiam aridiſſimis eliciuntur, Beneficio inſtrumenti Martij oleum & ſpiritus vitrioli fit dulciſſimus. Beneficio inſtrumenti figlini ex antimonio extrahitur liquor acidiſſimus: Beneficio inſtrumenti vitrei flores ſtibij omnium colorum producuntur; Beneficio inſtrumenti, ex ſaccharo colocynthis & ex colocynthite ſaccharum conficitur: Beneficio inſtrumenti ex ſale oleum dulce, & ex corallis aqua ardens elicitur: Beneficio inſtrumenti ſal fixum fit volatile & è contrà; beneficio inſtrumenti aër, ventus & radij ſolares capi & couniri poſſunt, pro menſtruo quôdam omnia diſſolvente metalla in vola manus. Et ſic innumera alia Chymiæ myſteria unius inſtrumenti ope indagari poſſunt.

Pyro-

Spagirorũ πυροτεχνία quot conſtet gradibus.

Pyronomia quoque maximè eſt neceſſaria. Sciat itaque Chymicus ignem ſcitè regere, ejuſdemque gradus quatuor, quorum primus leniſſimus, & ſenſum tactus delectat, adeoque digeſtioni, circulationi & putrefactioni, ſecundus fortis, ſine manifeſta tamen ſenſus læſione, deſtillationi, ſublimationi, coagulationi & ſtratificationi, tertius fortior qui ſenſum ſubitò lædit & cementationi, exaltationi & colliquationi, quartus deniq; fortiſſimus, qui ſenſum deſtruit adeoque reverberationi, calcinationi, fuſioni & liquationi accommodatur, cautè ac ſolerter obſervet.

Magnum enim habent operæ precium, Fornacum ſtructuræ, digeſtionum leges, ignium adminiſtrationes, & vaſorum idoneorũ ad aptationes, ut Paracelſus ait.

πυροτεχνίας χυμικῆς inſtrumenta.

Fornacum multæ ſunt ſpecies, quæ pro varia forma & uſu ſua ſortita ſunt nomina, variæque ab induſtrijs artificibus cotidiè excogitantur, inter quas tamen notiores & commodiores, fornacula, balneum, fornax veſicaria, cacabaria, deſcenſoria, anemia, furnus Acediæ, reverberij, Athanor: quæ ab alijs etiam Neptunus, Mare, Zôna temperata, venter equi, & ſtruthiocameli, nidus Gallinæ indigitantur.

Varia itidem conceptacula & vaſa deſtillatoria, ut cucurbita recta & retorta, bacia, matracium, pelicanus, phiala, ampulla recipiens ſeu receptaculum, ovum philoſophicum, aludel, campana, alembicus cœcus & roſtratus, olla, ahenum, catillus, veſica, catinus, & catino affinia vaſa, ut conchæ, cochlearia, galeæ, lebetes, acetabula, & id genus alia.

In hiſce fornacibus & inſtrumentis deſtillatorijs omnes Chymicorum operationes commodiſſimè perfici poſſunt, quorum cognitio & uſus, αὐτοψίᾳ, uſu, & exercitatione potius, quàm deſcriptione addiſcitur, quemadmodum etiam variæ deſtillationis formæ & Pyronomiæ leges, quæ vix præceptis comprehendi poſſunt.

In præparatione itaque (quæ Gebro in inveſtigatione perfectionis, eſt ſuperfluorum demtio, abſentium ſuppletio, & perfectionis immiſſio) medicamentorum tàm ſimplicium quàm compoſitorum, ipsô jubente Hippocrate, corpora heterogenea vi ignis ſolvantur, homogenea coagulentur, pura ab impuris ſecernantur, utilia ab inutilibus ſeparentur, & utilia quandoq; conjungantur, miſceantur, atque ſalutifera ac efficacia, quantum fieri poteſt, pura & emundata dentur. Si enim venena etiam in rebus optimis: [in Viperæ enim capite, gratiâ exempli, eſt venenum, in corpore medicina: econtra in bufonis corpore virus eſt, in lapide capitis antidotus: Aranea itidem ſummum eſt venenum, & tamen ſummum arcanum in febribus & quartanâ] & in totô bove vix octo libræ liquoris eſſentialis: in 120. granis Rhabarbari, 80. ocioſa non purgantia: in croci integri librâ unâ, decem veneni unciæ deprehendantur: [Crocus facit maniacos. Paracelſ. de Lunaticis. Crocus extra modum ſumtus, lethalem infert vim. Fernel. lib. 5. Method.] atque auri unciæ quinque vix auri drachmam unam, & corallorum libræ decem, vix libram unam contineant: Quid in opiô, (quô Licinius Cæcinnæ pater ſe interfecit) helleborô, colocynthide, Mercuriô, Antimoniô, Arſenicô, & ſimilibus reperiemus, in quibus non quidem πολλὰ, ut in Ægyptiæ pharmacô, ſed πάυρα μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά. Non immeritò

Artificioſa præparatio materiæ chymicæ.

Galen. ad Piſonem.

Paracelſ. in cheir. min. li. 2.

Par. in paragr. tr. 3. de Alch.

Plin. lib. 20. nat. hiſt. c. 18.

Homer. Odyſſ. δ.

ritò igitur homogenea ab heterogeneis ſeparabuntur.

Communes atque vulgares modi præparandorũ pharmacorũ.

Ad hæc autem omnia ritè præſtanda, variæ pharmacopæis inſerviunt operationes, videlicet maceratio, decoctio, infuſio, expreſſio, pulveriſatio, trituratio, mixtio & conſervatio, & hæ omnes à vulgaris pharmacopæi induſtriâ dependent. Nonnullæ verò aliæ operationes ad præparationes medicamentorum perutiles ac elegantes ab arte chymica, mutuãdæ veniunt, quales ſunt, fermentatio, deſtillatio, circulatio, digeſtio, calcinatio, ſublimatio & fixatio. Hiſce ſeptem operibus tanquam organis neceſſarijs Ars ſpagyrica tranſmutationes inſtituit, eſſentias ex clauſtris naturæ extrahit, ac magiſteria ſua perficit.

Præparatiões Chymicorum propriæ quæ ſint.

Ἐπεξήγησις, commemoratarũ operationũ.

Deſtillationis differentiæ potiſſimum quinq; ſunt: ſumuntur enim vel à rebus deſtillandis, vel à differentia liquoris ſtillaticij, vel à materia & forma vaſorum, vel à vaſorum ſitu, vel etiam à gradibus ignis. Complectitur autem ſub ſe tanquam ſuccenturiatas, exaltationem, exhalationem, rectificationẽ, cohobationem: & utitur alijs quibuſdam operibus veluti ancillis, fermentatione, concoctione & maceratione. Sed de harum operationum omnium eſſentijs, differentijs ac utilitatibus hìc multum diſſerere ſupervacaneum foret, cum eæ in Paracelſo, Quercetano, Libaviô & alijs compluribus exactiſſimè aperiantur ac manifeſtentur.

Mixtio ſimplicium & compoſitio eorundem ad præparationem quoque requiritur, quæ potiſſimum propter affectuum varietatem & ad ſimplicium malignitatis correctionem, & pigritiei eorundem impulſionem,

nem, atque ad cauſæ morbificæ impugnationem ab antiquis inſtituta eſt, nimirum ut influentem materiam repellere, naſcentem prohibere, crudam maturare, craſſam attenuare, infarctam liberare, ſicque morborum curationem citius, tutius ac jucundius perficere poſſimus. Sed qui ad amuſſim hæc omnia ſcire cupit, Meſuen & Galenum conſulat. Fruſtrà autem & dolosè quærit compoſita, qui poteſt mederi ſimplicibus.

Gal. lib. 1. c. 5. de cõpoſ. med.

Meſue in pr. Theor. 2.

Arnol. de villa nova.

Species verò Chymicæ ſeu formulæ medicinarum, quæ per operationes ſupra commemoratas ex diverſis rebus ab artificibus perficiuntur, à diverſis diverſimodè appellantur & diſtribuuntur.

Multi enim ſtultorum Paracelſitarum magicâ quâdam ſuperſtitione varia nominum portenta ſine ſenſu fundunt ac effingunt, quibus adulteratis ſuis myſterijs favorem conciliare conantur.

Prudentiores verò ſequentes potiſſimum agnoſcunt, ut extracta, eſſentias, tincturas, magiſteria, arcana, liquores Mercuriales, ſulphureos, ſive ſpiritus & olea, atque ſales; hasque omnes ſimplices & compoſitas.

Quidam omnes ſpecies Chymicas in magiſteria ſaltem, extracta & elixiria; alij in magiſterium vel eſſentiam puram dividunt, alij innumeras penè magiſteriorum differentias conſtituunt, alij itidem complures extractorum, & ſpecificorum diſtinctiones cominiſcuntur: nobis cum alijs viris præcellentibus perinde ſit, ſive pulviſculum aliquem Spagyrica arte præparatum magiſterium, myſterium vel arcanum, & liquorem, eſſentiam, elixir, vel mixturam indigitare velis, modò effectus pompoſo nomini reſpondeat, & mdtũ ad ſa-

In Archidoxis. In Alchymia.

lutem proximi & gloriam cedat Altiſſimi. Qui verò exactas harum ſpecierũ differentias ſcire deſiderat, Theophraſtum Paracelſum & Andream Libavium conſulato.

De morbis contractis. In Alchymia l. 2. tract. 2.

Arcanum à Chymicorum Monarchâ propriè id vocatur remedium, quod alijs multis præcellat. Arcani itaque nomen quælibet Medicina magnetica & virtuoſa cujuſcunque etiam ſpeciei meretur. Tinctura quæ Libavio eſt arcanum ſpecificum, cum eſſentia qualitatibusq́ue formalibus etiam colorem rei habens, ut in ſui ſimilem naturam tingere poſſit, in Medicina plurimum ad valetudinis reſtaurationem & ſanitatem firmandam adhibetur, ita ut ob validam virtutem etiam renovandi poteſtatem habere dicatur, cum omnia membra, ſpiritus, ſanguinem & calorem uſu ſui reddat vegetum & valentem. Imò ſi Paracelſo credimus, vera Tinctura balſamum humanũ ità mundificat, ut etiam proles hæreditaria in decimâ progenie ſentiat ſanitatis effectum.

In Archidox.

Omnis autem Tinctura, cujus tamen multæ ſunt differentiæ, cœlo ſereno & quidem ſic eſt paranda, ne craſis ſubſtantialis cum colore vivo pereat: in hoc enim totum conſiſtit artificium.

Tales verò non niſi apud veros reperiuntur Chymiatros. Et quamvis hinc inde variæ ab impoſtoribus perlarum & corallorum tincturæ circumferantur, tamen potius ſunt ſolutiones corallorum cum ſantalo tinctæ, & quæ aquâ mellis extrahi creduntur, potiùs tincturæ mellis quàm corallorum appellitandæ: menſtrua enim non pauca in digeſtione per ſe ſponte rubeſcere obſervavit Crollius.

In Baſil. chymica.

Qui-

Quidam tincturas omnium florum, ut roſarum, garophyllorum, violarum purpurearum & lutearum ac ſimilium, eaſdemque gratiſſimi ſaporis aceto montano eliciunt, & in medicum uſum cōferunt. Alij oleo vini tincturas omnium rerum concinnant.

Quidam aurum foliatum oleo ſalis, ex ſale communi ejuſdemque colchotare confecto, diſſolvunt, ſicque oleum abſtrahendo, & relictam materiam abluendo aurum quoddam potabile præparant. Alij tincturas auri, hyacynthi atque Smaragdi ita conficiunt: aurum mercurio, gemmas verò ſulphuris floribus calcinant, & ſulphur ſub craticula à materia ſeparant, denique cum ſpiritu ſalis tincturam eliciunt, quæ à menſtruo ſuo nunquam ſeparatur, hancque in aqua florum calendulæ vel alia conuenienti exhibere ſolent. Sulphuris tincturam, quidam cum oleo Thereniabin, quidam ſpiritu vini, ſale ammoniacô exaſperatô, quidam cum urinâ, quidam ſale vel liquore tartari ut appropriatô, rubicundiſſimam extrahunt.

Eſſentiæ & Magiſteria ex pluribus rebus maximè verò metallicis, mineralibus & vegetabilibus, nonnunquam etiam ex animalibus, ab artis magiſtris conficiuntur, quorum innumeræ penè differentiæ & præparationes ab Andrea Libavio & alijs accuratè deſcribuntur.

Cum verò pleraque menſtruis acerrimis ſolvantur, exceptis aromatibus, quorum eſſentia ſolo vini ſpiritu elicitur, & à Vulcanô vexata, artificioſis lotionibus refrigerentur ac perficiantur, ego unius ſaltem univerſalis menſtrui ad omnis generis metalla & mineralia

ſolvenda aptiſſimi, uniusque balnei ſacharini, quô omnia magiſteria lavari & à corroſivis ſuis ſalibus purgari atque perfectè tandem edulcorari poſſunt, in roſario meo minerali mentionem faciam: interim tamen modum ex gemmis producendi eſſentiam obiter hìc delineabo.

Si itaq; eſſentias vel magiſteria margaritarum, corallorum vel lapidum precioſorum & duriorum rerum conficere cupis, primò omniũ has contundito, poſtea calcinato; (nõ tamẽ ſemper, quoniã etiã ſine calcinatione vinci poſſunt) corallia quidem & margaritas igniendo, & poſtmodum aliquoties in ſpiritu vini extinguendo: gemmas verò cum floribus Kibric calcinabis, poſtea in ſucco citri vel berberorum illas, has verò in acetô alkaliſato aut mellitô diſſolvito, per cartam emporeticam omnem materiam traijcito, & aliquot guttulas olei vel ſalis tartari ſuperijcito, & perlæ vel gemmæ hujus operâ in ictu oculi inſtar nivis fundum petent, à quibus denique menſtrua per inclinationẽ ſeparato, reſiduam eſſentiam, pluries aquis cordialibus, borraginis & cardui benedicti, vel etiam ſpiritu vini lavato & filtrato, & ita repetitâ ablutione perfectè edulcorata habebis magiſteria. Hic modus per hæc mẽſtrua præ omnibus alijs mihi arridet: quamvis alij à Cleopatrâ Ægypti reginâ edocti, acetum ſimplex & therebinthinatum proferant, præſertim in ſolvendis perlis, ego verò ſuccum citri, qui per ſe etiam eximiùm cordis confortativum, & magnum alexipharmacum, unde tempore Theophraſti & Plinij citria poma non edebant, ſed veluti theſaurum in ſcrinijs cum veſtimentis reponebant.

Athenæ' lib. 3. dipnoſoph.

Athenæ' ibidem.

nebant. Licet itaque omnis acrimonia ſucci citri per ablutiones non ſit ablata, tamen citra noxam ægris commodè exhibetur.

Ex hujuſcemodi precioſorum lapidum eſſentijs ſeu potius ſalibus, in cellarijs ſupra porphyrium vel patinam vitream reſolutis liquor colligitur, non minus atque ipſa eſſentia efficax, idq́; potiſſimũ menſibus Junio, Julio & Auguſto fieri conſuevit, tùnc enim cellæ propter antiperiſtaſin frigidiores habentur. Ex animalibus eſſentiæ ſine putredine & fœtore elici poſſent, ſi carnes primo in aceto deſtillato macerarentur, acetum abſtraheretur, & acor aquâ pluviali tolleretur, atque ſic tandem eſſentia cum ſpiritu vini extraheretur.

Extracta, quæ veteres quoq́; ante Paracelſum in uſu habuerunt, præparandi varij paſſim reperiuntur modi, præ cæteris tamen perplacet mihi ille, quem Quercetanus in Pharmacopæa ſua depinxit, quo lectorẽ remitto. *Andernacus in tractatu de vet. & nova Med.*

Notandũ tamẽ nõ omnia extracta cũ vini ſpiritu ſimplici vel tartariſatô (quô apti⁹ quidẽ & meli⁹ non datur mẽſtruũ) ſed ſæpè etiã ſpiritu Juniperi, hydromelite vinoſo, ſucco pomorum, ſerò caprino, & aquis deſtillatis, quandoq́; ſpiritu vitrioli, aceto montano, ſucco citri, & id genus alijs acidulis & acrioribus redditis eſſe elicienda, ut ſupra quoq; monui: pro varia enim ægri & morbi naturâ diſſolvens variãdum. Notandum inſuper herbas & radices, quas pro extractionib. uſurpare volumus, nõ in ſole vel furno, ſed in ũbra exiccandas, & in mediocrẽ non tenuiſſimum pollinem redigendas: alias vires illarum â radijs ſolaribus ex parte conſumuntur, neque vividum herbæ colorem extracta repreſentare poſſunt.

Quoniam etiam ſpuma in quibuſdam, ut in helleboro nigro venenata eſt, quandoque diligenter removenda erit.

Sal ex fecibus cum liquore conveniente coctus, extractis duabus de cauſis permiſcetor: primò ne extractũ digitis hæreat. Etenim medicina omnis hærens digitis corpori noxia cenſetur; Sal autem cohærentiam impedit. Secundò quod citius in ſtomacho diſſolvatur, & penetrando obſtructiones aperiat. Quo perfectius extractum fuerit inſpiſſatum, eò aptius diuturnæ conſervationi futurum: cum etiam in catharticis ſæpè vis purgatrix debilitetur, nõ rarò purgantia quædam in ſubſtantia in praxi addere ſolemus.

Eſt & alia ratio conficiendi extracta liquida, & extracta ex radicibus nimium ſucculentis à Quercetano fecularũ nomine inſignita, quorum inſignes vires, præſertim feculæ radicum Aronis & bryoniæ ipſemet non rarò expertus ſum. Præterea alium quoque extrahendi modum induſtriæ mulierculæ nonnullæ norunt, quę ex carnibus & volatilibus gelatinas & colaturas ægrotantibus ſuis parare ſolent.

Circa extractorum compoſitionem, aliquam extracti margaritarum deſcriptionem addam, quæ talis eſt: ℞. libram unam margaritarum orientalium, has in minutiſſimas partes contunde, & in vitreum anguſti colli inditis, ſpiritum roſarum fragrantiſſimũ & aquam vitæ precioſiſſimam ad tres digitos ſuper funde. Stent in loco calido per octiduum. Poſt digeſtionem materiam hanc in veſicam bubulam optimè clauſam mittito & per annum lunarem in Sole collocato, uſque dum in

lac

lac candidiſſimum evadat. Huic lacti plus ſpiritus vini & roſarum addito, poſtea deſtillato, & habebis extractum perlarum precioſiſſimum.

Aquas & olea vulgares deſtillandi modi adeò noti ſunt, ut nulla ferè ſit materfamilias quæ eoſdem non calleat, aut potius callere geſtiat, quocirca de his multa dicere ſuperſedeo. Unius tamen modi non immeritò recordor, quoniam meliorem ſpiritus, aquas & olea, atque omnis generis liquores balſamicos conficiendi nemo unquam vidit. Fit autem per λοῦτρον quoddam λιγνύδος ſingulari induſtriâ fabrefactum, & à paucis huc uſque viſum, quo ex omnibus vegetabilibus etiam aridiſſimis quibuſque herbis, floribus, corticibus, lignis, & id genus alijs liquor extrahitur verè balſamicus, eſſentiæ planè cœleſtis & virtutis divinæ, non ſolum odoratu & guſtu gratiſſimus, ſed ad infinitas ægritudines extirpandas efficaciſſimus. Qui itaque hunc callet, nullum fœtorem metuit, & reliquis innumeris ferè deſtillandi modis, paſſim ab autoribus deſcriptis, facile carere poteſt. Libavio Rubær. Quercetano.

Obiter hìc nota: Salia propria cuilibet aquæ addenda: aromata deſtillanda non eſſe in alcool tenuiſſimum redigenda, oleaque omnia à fœtore alieno per abſtractionem à ſuo ſale proprio, & lotiones reiteratas levi opera liberari atque corrigi poſſe. Ad omne quoque oleum extrahendum uncia una ſalis communis inijciatur: prohibet enim craſſam evaporationem, & præparat, ut partes aëreæ à terrenis melius ſeparari queant. Cum lacrymis, reſinis liquidis & ſimilibus deſtillandis permiſcenda pura probeque lota & reſiccata arena, vel ſilicum

cum etiam fruſtula,& quidē non citra rationem, ſiquidem hæc fruſtula ignis etiam &caloris efficaciā experta, unà quoq; cum retorta vel ipſius parietibus,æquali ferè ratione & caloris menſura in permiſtas partes lacrymarum agunt: Ut ſic magis ſtrenuè oleoſa ſubſtantia elevetur,nec propter inæqualē uſtionē vel propter lōgiorē moram empyreuma vel alium ingratum odorē acquirant: denique ſabuli vel ſilicum permiſtio hoc quoque commodi adfert,quod inflationem & ebullitionē quorundam prohibeat,ſicut in deſtillatione therebinthinæ & mellis videre licet.Ultimò notandum,quod libræ uni ſpecierum, ſex libræ aquæ affundi ſoleant: & quod multæ etiam deſtillationes ſine Vulcani ope perficiantur: ſic etiam ſpiritus vini abſque omni igne,peculiari inſtrumento tripliciter præparari poteſt, maximè verò tempore hybernô.

Sales pleriq; omnes per calcinationes fiunt: (Quercetanus tamen quoſdā etiam ſimplici aquæ calidę infuſione repetitâ elici poſſe exiſtimat) & quando varijs diſſolutionibus,filtrationibus & coagulationibus ad puritatem ſunt adducti,ultimò in cruſibulum injecti ad rubedinem calcinātur vel etiam ſublimantur, addito tartaro vel ſimili,quod craſſiores impuritates retineat, & ſic perfectè dealbantur. Poſtrema verò hæç calcinatio non in omnibus, ſed in illis potiſſimum, qui majorē diureticam & diaphoreticam,atq; deterſoriam vim præ cæteris obtinere cupiunt,inſtituenda eſt.

Oribaſ. l. 2. Aetius tetr.1. ſermon.2.

Cryſtalli verò ex ijſdem fiunt, ſi in crucibulo denuò candefacti aliquoties aquâ propriâ ſolvantur filtrentur & coagulentur,deniq; Theti genuinâ noviter affusâ, digeran-

gerantur,& in locô frigidô collocentur,uſq; dum ſplendidiſſimos Æolus cryſtallos parturiat.

Sales inſuper fixi & volatiles unô eôdemque artificiô, per ſolam proprij liquoris mercurialis additionem procreari poſſunt; ſi in ovo figulari igne cœleſti calefiant uſque dum ſudor erumpat: tunc enim ſal fixus cryſtalloides pedem ſiſtit: volatilis verò Dianæ ſimilis aufugit.

Hujuſmodi eſſentiæ licet ſummis & elegantiſſimis virtutibus prædítæ ſint, non tamen carent ſuis incommodis,ut quidam præſtantiſſimi viri obſervarunt.Spiritus enim caput petunt: olea ventriculum conviſcant & adhærent: ſalia arrodunt & extimulant.Unde nonnulli commoti ſunt, illas philoſophicè conjungere, & ex combinatione horum trium primorum corporum Lapillum quendam philoſophicum, ſeu clyſſum, ut alij vocant,conficere, qui ſpiritus, olei & ſalis viribus impregnatus,ſine omni noxâ uſurpari poſſit. Quercet. in phar. dogmat. Stegius in praxi medica. Fioravanta. Porta.Libavius.

Artificium etiam olea in balſamicas reducendi eſſentias adeò increbuit, ut nullus ferè pharmacopæus exiſtat, qui mediante ſevô porcinô vel cerâ albâ balſamos præparare non audeat. Poſteriorem modum priori multis de cauſis præferrem, niſi elegantiorem, quem Quercetanus etiam adumbravit, didicerim,qui beneficio Lorchæ omnis alienæ qualitatis expertis,& tincturæ vitalis perficitur. In Pharmacopæa dogmat.

Hoc enim mediô concinnati balſami nativum colorem,odorem & ſaporem retinent, effectus exoptatiſſimos proferunt,& facili negotio,quod ſingulare habet, in tenuiſſimum pollinem redigi atq; ad multos annos con-

conſervari poſſunt. Verum quum meus non fuerit animus de præparationibus medicamentorum Spagyricis exactè hôc locô agere, ſed de quibuſdam ſaltem Philochymicos admonere, ceſſo, & ad verum Spagyr. eſſent. utendi modum me accingo, nonnulla tamen infrà ſparſurus, cum de utilitate illarum verba fecero: varias autem eaſque ſelectiſſimas remediorum quorundam chymicorum mineralium deſcriptiones, in roſario noſtro minerali ſpagyrico, producemus.

Artificiosè itaq; ac fideliter ſic præparatis medicamentis, ritè functus eſt munere ſuo Chymicus: extra cancellos verò artis egrediens, & Medici perſonam agere volens, non ſtatim ad ægros tanquam aſinus ad pabulum accurrat, ſed primò adhortatus ſit illud, quod Prometheus, cum cœlo ignem detuliſſet, eumque Satyrus exoſculari vellet, admonuit: ut ne mentum illi, ac potius mens, ex malo in imperitiâ ſucceſſu, dolore afficiatur, caveat, atque illud præ cæteris animadvertat, ne ſuis remedijs naturam rectè operantem ſtimulet aut impediat. Nam aut veluti equum currentem præcipitabit, aut importunè ſine utilitate ægrotum amplius affliget, & in periculum ducet.

Crato ad Epiſt. in Scalig.

Nihil temerè nihil negligenter. Hipp. Cæſalp. in praxi.

Medicinæ verò ſcopus ſanitas eſt. Hanc violatam reſtituit ſanatio, quàm modò natura omnium penè morborum præſtantiſſima Medicatrix ſola & per ſe, nullô artis ſubſidio perficit, modò tamen arte indiget. Et hæc quæ arte fit ſanatio dicitur curatio, quæ eſt recta & conveniens remediorum uſurpatio, pſeudochymicis vel maximè abſcondita, atq; idoneâ quantitate & congruâ utendi ratione completur,

Talis

Talis autem curatio verâ procedit methodo, ſine qua omnis medicatio ſtolida & empirica: quemadmodum enim, inquit Galenus, artifices mechanici utplurimum errant abſque perpendiculo & normâ: ità medicus ſine methodo ſi ſanat aliquandò, non arte, ſed caſu & fortunâ id factitat. Illam itaque methodum Medicus ex Galeno communi noſtro præceptore petat, neceſſum eſt; aliàs Hippocentauros proferet, ac inaniter ut implumes ciconeæ ſubſaltantes, alas vibrabit.

Quanquam verò Methodus (quæ breviter dicendo in cognitione & curatione morbi conſiſtit) & indicationum pluralitas ex ſententia Paracelſitarum locum non habere videtur, propterea, quod morbus duntaxat ex triplici causâ ſit triplex, qui unâ medicinâ generali, ex tribus compoſitâ, curari queat: inſuper non ſentiatur morbus, quamdiu humidum radicale & calor nativus in ſuo eſſe & quantitate maneat, & unus ſic vitæ ſpiritus, à quo omnes actiones prodeunt, quæ duo univerſali quâdam medicinâ optimè conſervari poſſint, quæque medicina ſecundum Lullium etiam ſine ullâ infirmitatis cognitione corpori cum fructu adminiſtrari queat, propterea, quod non tantum ſapientiſſima natura ei per ſuum inſtinctum, vim omnes naturales curandi infirmitates dederit, ſed etiam cum ſit incorruptibilis & omnibus morbis contraria. Veruntamen cum pauci adeò ſint felices, ut tam divina & omnipotens ipſis contingat Medicina, imò nemo modernorum gloriari poſſit, quod illam viderit; falſumque ſic veram dari Panacæam, propter innumeram & inexplicabilem morborum varietatem, reticendo luxationes

Medicamenta ex pſcripto methodi Galenicæ adminiſtranda.

Non eſt tibi poſſibile curare ullum morbũ, niſi cognoveris eum Avicen. l. 4. f. 1. tr. 2. c. 7.

& alios morbos Cheirurgia egentes, ut firmiſſimis rationibus demonſtrat Rulandus; particulari, illâque rectâ ingrediamur ſemitâ oportet.

In progymnas q.51.

Quicunque ergò piè & doctè morbos ſanare cupit, primò omnium in externis mundi majoris rebus exercitia ſua ope Alchymiæ inſtituat, uniusque rei principia, qui ſal ſit in ipſis, quo ſulphure, quo Mercurio prædita ſingula (ſi Paracelſicè) vel uniuscujusque rei temperiem & virtutem (ſi Galenicè loqui velimus) perſcrutetur, poſtea morborum genera, ortus, cauſas ac ſymptomata inveſtiget (arſenicumne, an antimonium microcoſmicum cauſa ſit) priusquam idonea, immania illa monſtra enecandi, arma excogitet. Ubi jam per ſigna morbos & ſymptomata inde prodeuntia, & utrorumq; cauſas inveſtigavit, tùm non protinus ad medicamenta feſtinare debet, ſed prius deliberationem cum ſex illis indicationum capitibus inſtituat oportet.

Parac. in præf. de gradib.

Capita in quib9 methodꝰ medendi occupatur, & uberior ſingulorũ explicatio, rectũ uſum methodi aperiens.

Primò, an ſcilicet curatio tentanda ſit: vel an prognoſtico relinquendus ſit æger. Quandoque enim ſatius eſt morbum planè non attingere, quàm tangere: exemplo ſit cancer exulceratus: unde Celſus ait: Eſſe prudentis hominis, eum qui ſervari non poteſt attingere. [Hipp. Celſ. lib. 5.]

Secundò, quid agendum: idq; apparet ex conſideratâ naturâ morbi & ſymptomatum: an ſcil. vacuandum, an refrigerandum, an calefaciendum) itidemq; quo auxilij genere & qua qualitate.

Tertiò, quantum: idq; ex virtute potiſſimum conijcitur; & morbi magnitudine.

Quarto, quando: id tempus, motus & circumſtantia morbi indicant.

Quintò

Quintò,ubi: poſitus membri oſtendit.

Sextò,quomodo agendum: de eo monent loci affecti natura, & coindicantes circa ægrum circumſtantiæ; ut ſunt, ętas,ſexus,temperatura,conſuetudo,regio,tempus anni & morbi. Atque dum demum tempus eſt,ut de idoneis inſtrumentis cogitet,nempe de medicamētis, victu & manuali operatione, ſi ea videatur neceſſaria. Hipp.lib. 1.aph.2. Gal. 2. ad Glauc.c.2

Nos poſterioribus omiſſis,de primò ſaltem & principali inſtrumento,videlicet medicamentis verba faciamus.

Apprehendamus itaque ſpecifica & appropriata, quæ ſecundum Paracelſum, morbum tollunt, ſicut aqua ignem, ut ad luem veneream extirpandam mercurium, ad lepram antimonium,ad epilepſiam vitriolum vel cinabarim,ad ſuffocationem uteri Jovem,ad febrim ungaricam nitrum; vel alia idonea remedia. Par. de na turalib. aquis.

Utamur autem his methodicè & κατὰ λογον, (ordinis ſiquidem inverſio plerunque morbum conduplicare ſolet) memores indicationum, capitum nuper memoratorum, & trito hoc verſiculo comprehenſorum: Hipp.& Gal. 2.in 6.de morbis vulg.

An,quid,ubi,quibus auxilijs,cur quomodo,quando.

Plerunque autem evacuationem univerſalem præmittamus, priuſquam ad uſum chymicarum eſſentiarum accedamus: Commoda quippe corporis evacuatio baſis & fundamentum omnium medicarum curationum exiſtimari debet. Si enim ventriculo & inteſtinis viſcidis & lentis humoribus refertis,olea & ſpiritus calidos,ſubtiles & quandoque adurentes uſurpa

re velles, ingentium mox ſubſecutuarum obſtructionum, & nephriticorum ac colicorum dolorum autor dici merereris.

Recorderis quin etiam convenientis vehiculi, quo eſſentias tuas exhibeas: ſolæ enim exhibitæ, nonnunquam circa orificium ventriculi decumbunt, illud lancinant, ac ſubverſiones leipothymiasque cauſant.

Si aliquot guttulas oleorum deſtillatorum per ſe dare cupis, miſce illas cum pauxillo ſachari vel alterius pulviſculi, & demum in cyathum vini vel juris plenum conijce, & oleum, quod aliàs fieri conſuêvit, non ſupernatebit. Spiritum vitrioli & cæteros, in juſculo Galli vel carnis bubuli, vel in conſervâ aliqua exhibe. Extracta in formâ pillularum canellâ adſperſarum porrige, vel in aqua vitæ aut alio liquore diſſolve. Mercurium quocunque etiam modo præparatum nunquam nudum dato, œſophagi enim adverſarius eſt maximus: ſed vel in ficu, vel pruno, vel conſervâ, vel ovo ſorbili, vel pilula, Oblatâ vel maſtice molli undiquaq; circumvoluta exhibeto.

Notandum hîc quoq;, medicamentis illis, queîs crebrò quis utatur, præſertim chronicis in morbis, naturam tandem aſſuefieri, & ventriculum longô usû pro cibo ſuſcipere: propterea varietas pharmacorum adhibenda, vel ſaltem doſis adaugenda, ni ſpe decidere velis.

His igitur ſic prælibatis, accedamus ad alia; contraria contrarijs, vel ſimilia ſimilibus curari perinde eſt, modò dextrè intelligatur: per contraria enim curatio fit ratione morbi, ejuſdemque cauſæ: per ſimilia verò

rò ratione naturæ. Atque ſic lis inter Paraçelſi & Galeni aſſeclas facilè dirimi poteſt, cum utriq;, ad morbos radicitus evellendos, ſimilibus & contrarijs utantur remedijs.

Morbus ſui curationem: cauſa ſui ablationem: ſymptoma correctionem poſtulat.

Cauſa morbum fovet, ergò primò removenda. Morbus actionem lædit, quare illi poſt cauſæ ablationem incumbendum. Symptomata morbos ſequuntur, ideò poſt morborum extirpationem quoque corrigenda; niſi ſæviora ſint, & vires quarum conſervandarum gratiâ, omnis curatio inſtituitur, nimiopere proſternant.

In affectuum complicatione, in eum primum Medentis conſilium dirigi debet, à quo maximè ægro periculum impendet: hic enim urget, & quidem trifariam: aut propriæ eſſentiæ, magnitudine, aut læṫæ functionis præſtantiâ, aut facultatis offenſæ dignitate, quæ corpus univerſum gubernat.

Nihil ſanè in Medicina difficilius, quàm morbi çognitio. Qui autem partem novit affectam, novit etiam morbum, qui morbum novit, facilè etiam curat. Cita namque (ut Heliodorus ſcribit) morbi cognitio, expeditam illius, & facilem curam præſtat. Et Hipp. inquit: qui poteſt dignoſcere morbum, poteſt rectè & dextrè mederi. Econtrà verò, qui ſitus, actiones & uſus omnium partium corporis non callet, nunquam, ut Galenus, & quidem rectè, putat, internas ægritudines cognoſcere & curare poteſt. Quantum enim partis affectæ cognitio ad curationem, quam pro locorum na-

Gal. ad Glauc. & 4. meth. med. Fern. lib. 1. meth. Urgente quovis ſymptomate, quā diu viriū robori fidim⁹, methodus tenēda, nec uni vacādum ſymptomati. Nō intellecti nulla eſt curatio morbi. In hiſtor. Æthiop. Lib. de arte. 1. de loc. affect.

turâ & conditione variari contingit, emolumenti præſtet, ex hoc liquet, quod Galenus ſex libros de locis affectis accuratè conſcripſerit, & in methodo dixerit: Si quis adimeret indicationem ſumtam à parte, is totam medicinam non modô ſex menſibus, ſed etiam ſex diebus addiſceret. Profectò Andabatarum more, clauſis cum hoſte, ſcil. morbo, oculis pugnat, qui partem affectam ignorat.

Lib.13. meth.c. 20.

»

Partis verò affectæ cognitio, quinq; potiſſimum notis eluceſcet: nimirum actione læsâ, excretis, poſitu, doloris proprietate, & proprijs accidentibus, ex anatomiâ, artificiosâ ſcilicet humani corporis diſſectione vel maximè mutuanda. In hâc enim exercitati, ſcimus cui cutis regioni pars quæque interior ſubjecta, quæ κατὰ πρωτοπάθειαν vel συμπάθειαν affecta ſit, quæ acria, quæ mitia, ob ſentiendi præſtantiam ferat medicamenta: oculus enim & os ventriculi vehementia nõ ſuſtinent: quomodo doſis varianda (quoties enim pars afflicta longiſſimè diſtat à ventriculo, vel in alto corpore demerſa latet, doſis Galeno jubente eſt adaugenda, & potius liquidiore medicamenti formâ, ut quæ altius ac promtius penetret, quam ſolidâ atque densâ utendum) cui parti remedia ſint aptanda: ſiquidem medicina affectæ parti, quam proximè licet, adhibenda, & non niſi ei, quæ proprio & primario affectu laborat, applicanda eſt: Si enim in deliquio animi ab utero prodeunte, aquâ canellæ vel Namphæ, & in verô cordis deliquio, caſtoreo, vel perdicum plumis uti velimus, utiq; ægram interficeremus: ſi in perinæi vel penis exulceratione, partibus ſcilicet nervoſis & exquiſitiſſimi ſenſus, oleo

Hipp. ξύῤῥοια μία, ξύμπνοια μία, καὶ ξυμπάθεα πάντα.

Mercu-

Mercurij vel calcanthi, vel etiam Mercurio ſublimato, ut tonſor quidam fecit, uteremur, quales dolores ac immanes cruciatus ægro promoveremus.

Porrò Galenus noſter præcipuum in medendo ſcopum illum eſſe affirmat, qui à virtute ſumitur: Virium igitur ægri maxima quoq; habenda eſt ratio: hæ enim Medicum ſæpè in medio curationis curſu ſtare jubent. Valentes & imbecillæ ex operibus primum internoſcēdæ ſunt, & languidæ ſeu correptæ ab oppreſſis accuratè diſtinguendæ: haut enim rarò à plethora, Cacochymia, matrice premuntur. Conſulantur itaque vires animales, naturales & vitales, quarum ultimæ maximè urgent, utrum remedia quæ indicantur cum ſuis conditionibus ſufferre poſſint, inſpiciendo ætatem, anni tempus, locum, conſtitutionem, conſuetudinem & naturam. Cum enim ſecundum Medicinæ Monarchas φύσις ἰητρὸς τῶν νόσων, natura vera & genuina morborum Medicatrix, illius verò coadiutores ſint vires, de harum reſtauratione & conſervatione multum ſimus ſolliciti; his quippe proſtratis, natura ſuccumbit, & morbifer hoſtis triumphat: ſi verò vires morbum ſuperaverint, æger jam ferè Scyllam & Charybdin eluctatus, in portu ſalvus navigat. Benè igitur monet Paracelſus, cum inquit: Conſerva membra principalia, & non facilè mors eveniet.

1. de rat. vict. in morb. acut cō. 45.

Gal. ad Glaucon.

Hipp. 6. epid. c. 5. Gal. 13. meth. Paracelſ. paſſim.

Quid temperamentum & conſuetudo indicet, ex novem Galeni libris de methodo medendi concinnatis, quilibet facillimè addiſcere poterit. Temperatura enim calida & humida evacuationem facilius fert, quā reliquâ temperamenta compoſita.

Conſue-

Conſuetudo verò, quæ naturam non parum immutat, indicat à quibus magis vel minus lædi conſueverit: nam conſueta naturæ ſunt acceptiora, ideoque Galenus eandem in ſenibus & debilibus conſervari præcipit, quamvis deterrimam, & Valleſius inquit: Indicatio à conſuetudine inviolata ſervanda eſt per morbos, etiamſi conſuetudo inutilis ſit, quæque per valetudinem mutanda foret, ſervatur verò in morbis gratiâ ſervandæ facultatis: nam quæ moleſta ſunt naturæ, devitanda in morbis ſunt, offerendaque ei potius grata, talia ſunt primò occurſu conſueta omnia. Unde fit, ut Tartari aſſueti à primis annis, incoctæ carni equinæ, eâ oblectentur, nobis verò maximè eſt inviſa. Itali teſtudinibus veſcuntur, felibus & ranis, nos Germani cum Græcis talia edulia reſpuimus. Indi ferculis ſuis aſſam fœtidam, ut ſuavius oleant, immiſcent: nos autem præ fœtore illius ferè morimur.

Paracelſ. de Tartaro. Lib8.. cōtroverſ.

Averroes com. ſ. 1. phyſ. Aſſueti veneno venenum pro cibo habere poſſunt. Monard.

Hic quoque notandum venit, interdum ἰδιοσυγκρασίας quaſdam concurrere, quas ſi Medicus non obſervat, ægro plus nocet quam prodeſt.

Novi mulieres, quæ ex unâ guttulâ olei cinamomi & aniſi, potionibus ſuavioris odoris & ſaporis causâ admixtis, in uteri ſuffocationem & animi deliquium inciderint: Novi quibus duo, aut ad ſummum tria ☿ præcipitati grana, 30. dejectiones moverunt: imò vidi aliquē, cujus animus ita abhorruit ab antimonio, ut audito ſolum nomine antimonij delinquere voluit: hoc ideò accidiſſe puto, quod empiricus quidā ipſi dederat flores ſtibij, à quibus 25. vomuerat, & rurſus dejecerat. Novi qui nihil vitale comedere, novi qui farcimina conciſa & linguas

Explā antip. & ſymphat. Ex veget.

guas bubulas fumo induratas non intueri potuerunt. Sic alij ſunt abſtemij, alij caſeum non olfacere, alij cepas non guſtare, alij, ſimiliter ac leones, cantum galli non audire, alij ranas, bufones, feles & glires non adſpicere poſſunt: tanta eſt ἀντιπάθεια & ἰδιοσυγκρασία mortalium: & quod vel maximam pariet demirationem, etiamnum vivit pharmacopæus, qui omnibus diebus vitæ ſuæ nihil comedere potuit, quod animâ ſentiente fuit præditum.

Braſ. vit. Quer. ol. Hæd. arb. Ex anim. Leo gall. Sim. teſt. Cer. croc. Ex mine. ☉, ☿. Ant. ſach. ☿, ♄.

Huc etiam pertinere videtur, quod quidam orificium ſtomachi habeant tam exquiſiti ſenſus, ut nulla acria vel acida, ſive medicamenta, ſive alimenta ſumere queant; ideò neque vino, neque aceto, neque ullo aromate, multò minus oleo quodam deſtillato, vel ſpiritu aut extracto uti valent.

Quinimò nec ſexus ſpernendus: ſi enim ægrotantem mulierem ſpiritibus fragrantiſſimis & oleis jucundiſſimis refocillare vellemus, fortè interitus ejuſdem cauſa foremus.

Ætas verò, quæ morbos; curationem quoque variat: pueris enim & ſenibus vehementiores non ſunt porrigendæ eſſentiæ, ne propter caloris inopiam vires horum ab ijſdem conſumantur, illorum verò colliquentur, & ſic mors, citius ac medicamentum, operari incipiat.

Fernel. l. 3 method. Puero & ſeni benigna, non ut mediæ ætati vehementia ſunt decernenda medicā.

Hic ergò doſis conſideranda venit, quæ in chymicis medicamentis magnam requirit prudentiā, uno enim interdum granulo ægris plus nocere, quàm tribus alijs prodeſſe poſſumus. Si enim ſeni & puero tot grana Mercurij & Antimonij exhiberem, quot robuſto juveni,

In aphor. It. de aëre, aq. & ter. Gal. 3. de dieb. dec. Hip. l. de hom. nat. Valeſ. 7. controv.

ni ; hunc ſervarem , illos præcipitarem.

Practicus quoque, Hippocrate volente, anni tem-porum non obliviſcatur: etenim, ſi eidem homini, ut ille ipſe obſervavit, idem medicamentum quater in an-no exhiberes, hyeme pituitoſiſſima, vere liquidiſſima, æſtate bilioſiſſima , & autumno nigerrima evome-ret.

Cum igitur hæc coadjuvante aſtrorum malâ incli-natione ſæpè ſanationi ſint adverſa ; (quod accurate obſervarunt celeberrimi iſti empirici è Nuciâ oriun-di, qui menſe Martio & Octobri, ut & quandò Sol eſt in Scorpione, nullam operationem Cheirurgicam aggre-diuntur, infeliciter enim omnia hiſce temporibus ſuc-cedere, aſſeverant) comprimis Medicus illa diſtin-guat, aſtrorum ortus & occaſus conſideret, præſertim Lyræ, Canis, Arcturi, Hyadum & Pleiadum : morbi enim in his diebus maximè judicantur, ſolſtitia, æqui-noctia , Planetarum coitus , motus Lunæ, eclipſes, & malos Planetarum aſpectus, niſi neceſſitas legem fre-gerit, ſtudiosè obſervet. Non tamen ità ſuperſti-tiosè ut Hermes, qui pharmaca purgatoria, Lunâ ſi-gna Zodiaci ruminantia ſubeunte dare vetuit. Vel ut Aſtronomus ille, qui tres in anno dies ſibi imagi-nabatur admodum infauſtos, in quibus ſi ſanguis mit-teretur , homo cui vena eſſet tuſa, illo ipſo anno Fato Stoico mori cogeretur ; ſunt autem , dies Annun-ciationis Mariæ, Simonis Judæ & Andreæ. Expe-rientia verò mihi monſtravit falſitatem. Sic non-nulli quandoque nimis immaturè obſervant dies Æ-gyptiacos , opinantes , quod qui in his ægrotare inci-

Hippoc. Periculoſū eſt medicari ſub æquinoctijs. Aëtius. Prop. 74.

piat

piat, nunquam evadant, quod tamen variſſimum eſſe, aliquoties deprehendi, ſunt autem ſequentes.

1.& 7. Januarij. 3.& 4. Februarij:
1.& 4. Martij: 1. & 8. Aprilis:
3.& 7. Maij: 10.& 15. Junij:
10.& 13. Julij: 1.& 2. Auguſti:
3.& 10. Septembris: 3.& 10. Octobris:
3.& 5. Novembris: 7.& 10. Decembris.

Æſtate porrò calidiſſimi ſpiritus, eſſentiæ & olea non niſi ſummâ prudentiâ ægris ſunt propinanda, & quanquam Ventres, teſte Hippocrate, æſtate frigidiſſimi, & hâc de causâ calidiſſima videntur convenire vel maximè, tamen quum hæc non diu commorentur in ventriculo, ſed ſtatim ab hepate attrahantur, illudque vehementer inflamment, majus evitandi periculum gratiâ, potius ab ijs abſtinendum, & talibus medicamentis pro calefactione ventriculi utendum, quæ ad tempus in eodem commorari, nec per venas meſaraicas ad epar (quod ſecundum communem Medicorum ſententiam, plerunque calidius, ſi ventriculus frigidior) deduci poſſunt, qualia ſunt grana piperis in duas partes diviſa, & alia aromata groſſo modo inciſa. Similiter quoque frigidiſſima, ut aqua fontana cum ſpiritu vitrioli miſta, quam quidam Chymici ſiti extinguendæ præſcribunt, fugienda, ne calor ventriculi innatus à frigore extremo ſuffocetur & extinguatur. Aphor.

Cum inſuper nihil magis periculoſum, quam immatura

Vales. l. 10.contr. Principiũ ădmĩHip. & Gal.eſt totũ cruditatis tẽpus. Lib.1.meth.med. c.10. Paracel.

tura medicina, ut inquit Seneca, Tempora quoq; morborum (quæ nihil aliud ſunt, quàm ipſius morbi mutationes) principium, ſtatus & declinatio providè diſtinguẽda, & in his materiæ motus & quies: ſine clavo enim & remis navigat, naufragium tandem facturus, qui nullâ temporum obſervatione medicinam facit, ut doctiſſimus cenſet Fernelius, oportunè autem gerit omnia qui morborum temporibus, omnique mutationi remedia accommodat: Naturam quippe adminiculantem habet, qui progreſſum ejus imitatur. Felix autem medicatio cui adjutrix natura ſuccurrit: irrita verò quæ citra naturæ opem tentatur. Fluxionis initio aſtringentia, quæ hanc repellant, ſola ex uſu ſunt: in ſtatu, cum fluxio planè conſiſtit, digerentia: in incremento verò utraque permiſta. Aut ſi fortè congeſta materia digeri minimè poſſe videatur, ejus deîn ſuppuratio procuranda. πέπονα φαρμακεύειν καὶ κινέειν, μὴ ὠμά, dicit Hippocrates, quæcumque ullo modo concocta, ſeu alteratione, attenuatione vel inſpiſſatione præparata ſunt movẽda, nõ abſolutè cruda; (Ferneli⁹ apertius loquitur Obſcurè cocta parcè, manifeſtè, moderatiùs, perfectè verò cocta validius ſunt movenda) præſertim in impuritatibus febriculoſis & inflammatorijs, quæ ut Paracelſitæ ajunt, tincturas habent difficiliores, & vaporum coagulationes admittunt fixas, difficulter reſolubiles: niſi, addit ſummus dictator, materia turgeat vel urgeat, ſemper autem ad id quod magis urget, reſpiciendum: gratiâ exempli: In febribus malignis non purgantia ſed diaphoretica in principio propinanda, conſiderando malignitatem, tanquam magis urgens.

Lib.1.aphor 22. Li.3.met. med.c.11. Hip.Gal. & Avic.

Non

Non rarò tamen, præſertim in purgatione irregulari purgantia in principio feliciſſimè porriguntur, præſertim in morbis acutis, & ijs qui conſtant ex impuritatibus mobilibus ſuperficiarijs, qui non egerunt fixas radices, neque ad difficiles coagulationes deſtinati. Atq; hoc eſt quod Hippocrates dicit: Ineuntibus morbis corpus purgandum. Et ego ipſe commoditatem purgantium in principio multoties feliciter expertus ſum, præſertim in tenuioris fortunæ hominibus, qui ſæpè propter pravam victus rationem febricitantes, concoctionem expectare non potuerunt, & ratione muneris ſui ac paupertatis non diu in lecto hærere, ac digeſtivis & alijs humores præparantibus pharmacis uti potuerunt. Sæpè itaque ingenti cum fructu, in ipſo etiam morbi principio, turgente & exuperãte materiâ vel urgente neceſſitate cathartica exhiberi poſſunt, præſertim quandò adhibita eſt præparatio corporis atque humorum noxiorum, & quandò natura coctionem nondum magno niſu eſt aggreſſa, ità enim non impeditur in ſuis operibus. Accedit, quod quædam etiam impuritates radicales, maximè verò in chronicis & tartareis morbis, potius reſolutione quàm coctione curentur: in epilepſiâ enim, colicâ, leprâ, podagrâ, hydrope, fruſtrà concoctionis ſigna expectantur. Si ergò in principio purgare cupis, imitare Galenum, & catharticis attenuantia & abſtergentia admiſce, quæ non tàm educendi quàm præparandi vi polleant, ut ipſe ſuâ hierâ picrâ fecit; ſic enim tutò medeberis.

Hipp. 1. aph. 22. Gal. 4. aph. cõ. 1. Hipp. l. 2. aph. 29. 2. & 3. aph.

Bernh. Paternus. Chr. à vega. Maſſaria. H. Sax.

In ſtatu verò purgantia nunquam conveniunt, quia monente Hippocrate, vigentibus morbis præſtat quieſcere

2. ſaph. 29. Galen. 2. aph. 25.

ſcere; virtus enim eſt defatigata & natura non eſt perturbanda vel à certamine diſtrahenda, quod cum morbo inivit, ne fortè ſuccumbere cogatur. Notanda hic victus quoque erit ratio, quæ ex morborum temporibus præſcribi debet: initio enim tenuis quodammodo eſt habendus, incremento, tenuior, in ſtatu tenuiſſimus. Cum enim ſæviſſima ſymptomata vigent, & natura in morbi coctionem omnibus nervis incumbit, aliò avertenda non eſt, neque plenioris cibi digeſtione moleſtanda.

Hipp. 2. de rat. vict. Gal. ſ. aph. 8.

Ultimò loci ac regionis habenda etiam ratio, quæ ex diametro interdum morbo contraria ſunt: ſicuti enim tabidi in aëre craſſo atque impuro deterius habent: ita certorum quorundam locorum adeò eſt catarrhoſus aër, ut arduum ſit ibi catarrhoſos curare. Regio etiam frigida ſicca ad purgationes inepta, econtra verò humida aptiſſima. In Italia & Hiſpania calidiora incolæ medicamenta ferre non poſſunt, in Germania & Dania facilè poſſunt. Unde non pauci ex Medicis accuratè adnotarunt, mutationem loci atque aëris complures, magnis morborum incommodis liberaſſe. Verè itaque dixit Paracelſus: Regio regioni medica.

Hippocr. Paracelſ.

Colophonis loco notandum, quandoq; aliquid divini, ex ente Deali ortum, in morbis ineſſe, & tunc à Dijs auſpicandam eſſe curationem. Unde Hippocratis tempore, Dianæ veſtes muliebres precioſiſſimas conſecrabant, Apollini & Æſculapio ſacrificabant, & ægrotos varijs expiationibus & incantamentis munibant, priuſquam naturalem curationem aggrederentur:

Hipp. de ſacro & de virgin. morbo.

[Hippocr.

[Hippocr. & Homer. morbos ad iram Deorum ſoliti ſunt referre, & ab his ſalutem poſcendam dixerunt, ſecuti admonitionem Xamolſidis. Plato in Charmide. Homer. Iliad. 1. Celſ. lib. 1. med. c. 1.]

Nos ad verum Deum, qui etiam ſenis Coi opinione maxima & ſceleratiſſima peccata purgat, morboſque ab his ortos ſanat, ſupplices confugiamus, eumq́; exoremus, ut Medicina ab ipſo ordinata; tanquam medium, divinos ac ſalutares effect⁹ producat: ut glorificetur nomē ejus. Deinde poſt ſanationem nunquā devotā omittamus gratiarum actionem, omniaque in nomine Jesu offeramus, monente divo Paulo, cum inquit: Quæcunque feceritis in verbo aut opere, omnia in nomine Jesu facite, gratias illi agentes & Deo per ipſum.

Home[r.] εὔχεσθ[…] πάντες […] θεῶ χα[…] ουσ', ἄνθρ[ω]ποι.

Ad Col. 3.

Atque hæc de exhibendi & utendi modo dicta ſufficiant, quem potius adumbrare quàm depingere volui: nùnc de regimine utentis.

Utens poſt ardentem & devotam divini numinis implorationem, medicamenta unicâ vice ſumenda ſumat, quâ die, quâ horâ, præſcribuntur: aurora tamen Muſis & medicamentis amiciſſima. Poſt aſſumta pharmaca potiſſimum verò cathartica, in lecto ad horulam quieſcat & parum ſuperdormiat, quo illorum vis in ſomno plenior excitetur: quum vero in actum prorumpit, evigilet, vel excitetur, nec ſudet. Sopor enim arctior, quia calorem intrò revocat, efficit, ut purgans à calore nativo ſuperetur, & ità medicamentum Penelopes telam texat. Sudor verò, ſpiritus purgantes volatiles ad externa proliciens, etiam actionem medicamenti impedit, quo minus officio ſuo fungi poſſit. Demum pede-

Hip. aph. 3.14. 15. ib. 4.

pedetentim obambulet (motio enim pharmaca citare ſolet) & poſt duas horas juſculum aliquod detergens exſorbeat, ne tormina exurgant, & medicamentum vires ſuas tantò exoptatius exerere valeat, quodque illius reliquias eluat, ejuſdemque tædia demulceat. Multi ſanè ad 5. 6. 7. horas magnâ tamen ſanitatis ſuæ jacturâ jejunant. Jejunium enim vehementer exiccat, & ſic corpus à jejunio pariter ac medicamento nimium exiccatur. Taceo quod ventres bilioſorum, maximè verò ob jejunium repleantur cruditatibus, & bilis reddatur amarior, quandoque etiam febres à jejunio cauſentur, & carnes eliquentur, non raro quoque epileptici motus & vertigines à nimio jejunio producantur.

Gal. 2. de rat. vict. 44. 2. de rat. vict. 30. 2. ſect. aph. c. 22. 8. meth. c. 2.

Poſt uſum verò Antimonij & Mercurij nemo, cui corporis ſui ſalus curæ eſt, ultra duas horas jejunium ferat. Et hæc potiſſimum de purgantibus intelligenda: in reliquorum verò alterantium & confortantiũ uſu, non ità facilè peccari poteſt.

Hipp. & Galen. 1. aph. 1.

Ægrotus itaque, quod ſui eſt officij, faciat, (δεῖ γὰρ οὐ μόνον ἑωυτὸν παρέχειν τὰ δέοντα ποιέοντα, ἀλλὰ καὶ τὸν νοσέοντα, καὶ τοὺς παρεόντας, καὶ τὰ ἔξωθεν) & Medico per omnia morem gerat: Medici enim eſt imperare, patientis verò obtemperare. Unde Galenus inquit: Veteres medici ægris, ut duces militibus imperare voluerunt. Et tanta olim apud Locros erat cura & veneratio Medicorum, ut lege Zaleuci cautum fuerit, ſi quis Locrenſium Epizephyriorum ægrotans vinum merum bibiſſet, niſi jubente Medico; etiamſi ad priſtinam valetudinem redijſſet, mortis ſupplicium eſſet conſtitutum, quia non juſſus biberat.

Ælianus l. 2. de var. hiſt.

His

His ità ritè peractis,exoptatus ex uſu Chymicorum medicamentorum ſequitur effectus, qui in honeſtate, juçunditate & utilitate plurimum ſplendet. Remedijs enim Chymicis artificiosè præparatis,& methodicè datis,non ſolum multi magni morbi,ab antiquis pro inſanabilibus habiti,citò,tutò,jucundè curantur & ſanantur,verum etiam Medicus,ſummum honorem & gloriam ijſdem ſibi comparare poteſt: & ſic exaltabitur caput ipſius, & coram magnatibus in admiratione erit. Talem creavit altiſſimus,& non Pſeudochymicum garrulum, ideoque propter neceſſitatem honorandus. Hic in divi Apollinis ſacrario votivas poteſt ſuſpendere tabulas, & huic non immeritò cum Æſculapio promerita debentur ſacrificia. Honeſtatem & præſtantiam medicamentorum Spagiricorum non parum exornant, duratio ipſorum, & facilis circumgeſtio,in parva enim thecâ plura nobiſcum geſtare medicamina facili negotio poſſumus. Hinc Marſilius Ficinus inquit: Materialis virtus ut agat multum, materiam deſiderat multam: formalis autem etiam cum minimâ materia valet plurimum. Eccleſ.38.

Jucunditatem verò illorum,quam multum adauget exigua doſis,(natura enim in minimis maxima) nemo pernegabit. Ecquis enim non lubentiùs eſſentiâ quâdam Chymicâ dulci vel odorâ,aut unâ ſolâ & inſipidâ uti pillulâ,quam dococtolongo craſſo & fœtido,vel etiam 25. vel 31. pilulis amaris & nauſeabundis, quibus humana corpora non rarò gravantur, uti mallet? ſæpè in hoc tota eſt benè curandi ſolertia. Ideò enim guſtus datus eſt animalibus,ut inconveniens à convenienti ſe- Multi abhorrent à pilulis, ſicut Judæi à lardo. B.

cerni queat. Horridis medicinis experimur ſæpè adeò offendi naturam, ut in primo ſtatim limine eas abhorreat. Itaque parum proficimus, ſuntque ejuſmodi pharmaca ſæpè in ſterquilinium projecta potius, quàm aſſumta.

Libav. in Alchym. triumph.

Pleraque ſanè ſuavioris ſunt ſaporis & odoris quam vulgaria; quid enim ſpiritibus & liquoribus balſamicis fragrantius? quid magiſterijs gratius? quid tincturis pulcrius? quid oleis & aquis jucundius?

Quanquam verò ipſorum jucunditatem minuere videretur de empyreumate in deſtillatis comuniter cõcepta opinio, hoc tamen omnibus ineſſe Chymiatri negant: fit enim incuriâ deſtillatoris, ſi pars aliqua Sulphuris craſſior nimio igne aduritur, & in fuliginem convertitur. At eam ſi copioſior fuerit arte ſeparant; ſin minus, præſtolantur, donec ſuâ ſponte evaneſcat. Hinc Scaliger dicit: „Ardenti aquæ calor duplex, alter ab igne, à quo exemta, paucos poſt dies „eô caret. Prætereo hìc jucundiſſimam delectationem, quæ è laboribus Chymicis promanat, & oculos, aures atq; linguam non parum reficit, quæ tamen ſolis Hermetis filijs, ſecretorum Naturæ ſolertibus indagatoribus, grata & accepta, alijs verò pigris Doctoribus & Chymiæ contemtoribus nauſeabunda & injucunda eſt.

Pharmaca porrò ſpagyrica artificioſè præparata & methodicè exhibita, utiliſſima eſſe qui negat, Solis lumen, & magni hujus luminis utilitatem videtur denegare. In his quippè æger, remotis ſcilicet quisquilijs ſaluberrimum reperit nucleum, correcta enim, renata, & actio-

actionis impedimento omni exuta, parum materiæ, multum verò formæ acquirunt, & hac ratione citius, tutiùs, ac jucundiùs morbis medentur, ac alia triobolaria & vulgaria. Non enim diu in ventriculo, tanquam in carcere clauſa, remanent, ſed propter inſignem penetrandi vim, totum corpus morbidum permeant, & morbum radicitùs evellunt. Hoc ipſum Ægyptiorum ſacerdotes non ignorarunt: qui remedia Spagyrica ut ſacroſancta Deorum munera, in Epheſtij Vulcani ſacrario, ut Græci in Æſculapij templo, recondebant, ne à vulgo ipſa prophanarentur.

Inſuper effectus teſtatur de ſuâ causâ, & multi ſanè graviſſimi morbi à multis pro θανατηφόροις habiti, ijſdem medicamentis Chymicis tolluntur, ſymptomata mitigantur, & cauſæ eradicātur, ut paulò poſt exempla quædam prolaturi ſumus. An igitur illis facilè carebimus? uti Pariſienſes ſomniant.

Hiſce & alijs ſuprà memoratis rationibus ſuffragantur autoritates præclariſſimorum virorum, qui præſtātiam ac utilitatem eorūdem inſignem felici admodum cum ſucceſſu ſunt experti.

Et ut ordiar à Spagyricorum Coryphæô Theophraſtô, ille ſe ſolo alumine philoſophicè præparato 32. cum ſulphure & Mercurio plumbi 174: cum ſale abſynthij 14: cum ſulphure abſynthij ſex magnos: cum Mercurio verò ſeu liquore abſynthij 106. morbos curare poſſe gloriatur. Lib. de peſte.

Paræus Medicus ac Cheirurg⁹ inſignis, nullus affirmare dubitat, eſſentiarū chymicarū in morborum curatione, tàm inſignes & divinas eſſe vires, ut in tantâ medica- Lib. 26. Cheirur. cap. 1.

mentorum ſupellectili nihil propè ſit, quod hodiè
" Chymiſtæ deſtillandi artificio non ſubijciant, ſicque ſe-
" ipſo vegetius ac validius reddere non contendant.

In Alch. triumph. In cœlo Philoſ.

Jure igitur meritò Libavius Spagyros ſalutaria generis humani organa appellat: & Ulſtadius Chymicos, propter difficilimum rerum præſtantiſſimarum & pulcerrimarum inventum, laude cumulatiſſimâ judicat digniſſimos, quod ſcil. corpora in elementa diſſolvant, & facultates accuratiſſimè inveſtigent.

Muſetus ait: Remedia, chymicâ induſtriâ præpara-
" ta, juxta Hippocratis præcepta uſurpata, citiùs, tutius &
" jucundius morbos percurant, quàm alia: Medici his
" deſtituti, non abſimiles ſunt fabrorum, qui ad ſecandū,
hebetem adhibent ſecurim.

D. Georgius Laurea uxoris meæ avus dicere ſolitus eſt: Chymicorum remediorum uſus in Medicinâ non tantum fructuoſus, ſed planè neceſſarius eſt, cum quotidiè (qui Medicinam facimus) experiamur novos atq; cōtumaces morbos oriri, tanquam ex Cadmæâ ſegete, qui vulgarium medicamentorum vim & efficaciam prorſ9 elidant ac eludant.

In Defenſ. vet. Med. cap. 49.

Bernh. Deſſen. ita ſcriptum reliquit: Chymiam veram propter opera ipſius inſigniter utilia ſemper omni laude cumulatiſſimam judico: imprimis ſi eidem me-
" dica peritia fuerit conjuncta & ambitioſa nugacitas ſublata.

Lib. 4. epiſt.

Mathiolus inquit: Qui morbos chronicos ſine metallicis pharmacis aggrediuntur, ij plerunque re infectâ cum magno dedecore, & ſuo & artis Medicæ, deſiſtunt. Et paulò poſt: Ægrorum corpora ſeminibus morbo-
" rum

rum referta ſine metallicis medicamentis vix ſanari poſſunt.

Andernacus quoque dicit: ſublimes ſpiritus ex foſſilibus corporibus extracti, in Medicinam difficilimorum morborum, qui alijs non cedunt auxilijs, exhibentur.

Mathiolus ingenuè quoq; alibi fatetur, aquas deſtillatas adeò utiles eſſe & proficuas, ut decoctorum facultati vel palmam præripiant, vel ſaltem eandem ambiguam faciant.

Sylvius de oleis loquens, dicit: oleum deſtillatum rem eſſe omnibus alijs remedijs planè diviniorem: ὁμόψηφος cum iſto eſt Geber, uti & Ulſtadius.

Geſnerus vix Medici perſonâ dignum exiſtimat, qui oleis carere cupit.

Horatius Augenius extracta laudat, quod noxios humores citra omne incommodum expurgent. Lib. 9. ep. 2.

Bernh. Penotus nihil quod in rem ægrorum ſit convenientius, tutius & jucundius ſalibus ex vegetabilibus confectis æſtimat. In tract. de ſalib.

Omittam hiccè loci autoritates Iſaaci Hollandi, Bernh. de Grana, Pici Mirandulæ Domini, Petri Boni, Riplæi, Gorræi, Marſilij Ficini, Fernelij, Rovillacei, Pontani, Faniani, Turneſeri, Geſneri, Zvingeri, Birçkmani, Quercetani, Plateri, Bauhini, Turqueti, Rivieri, Ellenbergeri, Libavij, Rulandi, Moſani, Hartmanni, Brunneri, Crollij, Doldij, Tanckij, Scheunemanni, & multorum aliorum tàm veterum quàm recentiorum.

At verò ubi rerum teſtimonia adſunt, non opus eſt

verbis: An non lepra pro inſanabili morbo ſemper habita, & tamen novem leproſi Noribergæ intra paucos dies, publicè ſpectante populo, ad integram ſanitatem, à Paracelſo, ſi diſcipulis ejuſdem credimus, revocati ſunt? An non ille idem inquietiſſimam choream S. Viti aliquoties ſedavit? quam prima paſſa eſt Troffea, fæmina laſciva & marito rebellis. An non Arnoldus Villanovanus Neopolitanum quendam leproſum auro ſuo potabili reſtituit, atteſtante Johanne Andreâ Ictô eximio, teſte omni exceptione majori.

Svevigena ille Medicorum Monarcha Philippus Hohenhemius quendam tribus annis vertigine laborantẽ unius menſis ſpacio curavit oleo vitrioli, in aquâ betonicæ illud exhibendo. Mulierem, quæ carcinoma per 30. annos in mammillis habuerat, eſſentiâ Mercuriali cum aqua plantaginis ſanavit. Gangrænoſum quendam oleo veneris: phthiſicum deſperatum oleo margaritarum; phtheiriaſi laborantem eſſentia Mercuriali: mulierem colicâ ferè emortuam oleo vitrioli rubro: & aliam per 20. annos ſterilem, extracto ſatyrionis curavit.

Quot quæſò ille ipſe Epilepticos ſpiritu Vitrioli, & eſſentiâ Veratri nigri? quot phthiſicos & tabidos oleo perlarum? quot hernioſos ſaniculæ albæ & conſolidæ extracto: quot phreneticos & colicos laudano? quot quartanarios & pleuriticos Torpetho ſuo priſtinæ ſanitati reſtituit? Quoties Lethargum oleo ſalis? Polypum oleo Calcanthi? Paralyſin eſſentiâ Cheiri curavit? quoties cataractas etiam deſperatas tutiâ ſua magiſtrali

li abſumſit, & podagræ nodos oleo cryſtalli diſſolvit?

An non Ravennæ adoleſcens phthiſicus à Medicis pro deſperato habitus, oleo Sulphuris Anno 1579. menſe Martio; & Vratiſlaviæ piſcator Empyicus ſolo lambitivo ſulphureo curatus eſt? An non in Bohemia Elephantiacus per ſexennium varijs ſymptomatibus moleſtatus per antimonium à Pedemontano ſanatus eſt? An non in Gallia Medicus quidam fulminis coruſcatione attonitus, oleo auri priſtinæ ſanitati eſt reſtitutus? An non Siderocrates Pappenheimiam neque manus neque pedes à doloribus colicis moventem, ſpiritu Tartari perfectè curavit? An non Keglerus adoleſcentē à ſumto philtro tabefactum, auro vitæ ſanavit? An non Laudenbergerum, ex contractura quinquennio laborantem, Sixtus Groningenſis auri & mumiæ liquore curavit.

Rubæus de deſtill. Joh. Jeſ. ſen. Epiſt. Craton. 42. Ribitt. Parac.

Complures ſanè Epilepticos aquâ ſuâ antepilepticâ ex magneſia confectâ, nec pauciores Gallicos pilulis polychreſtis, & febricitantes, phreneticos, apoplecticos Nepenthe, Quercetanus: opthalmicos verò aquâ ſua opthalmicâ Rulādus; aquâ benedictâ anginoſos & pleuriticos, ſpitu aureo aſthmaticos & hydropicos ſanavit? Quot quæſò Paulus Renealmus Spagyricis medicamētis ſanavit.

Cent. 1. 2. 3. 4. 9. Ut patet ex ipſius obſervat.

Gabriel Fallopius & Hector Nonnius lienis obſtructiones etiam inveteratiſſimas croco ♂ feliciter expediverunt. Sertillius cum balſamo Saturni paralyticum, & adoleſcentem quendam amore captum, & in mentis alienationem præcipitatum, Lunæ lapillo curavit.

Lib. de ſimpl. purg.

Ale-

Alexander Sidonius Scotus multos de vitâ periclitantes, inter alios etiam comitiſſam de Sultz, ſale ſuo Solis priſtinæ ſanitati reſtituit.

Paſtor à fulmine tactus, pede jàm alterâ in cymbâ ſtans Charontis, ab Andernaco ſpiritu Tartari curatus fuit: qui ipſi ſudorem, ſulphur redolentem, commoverat.

Gallus quidam dolorem capitis inveteratiſſimum, oleo arſenici cum butyro miſto, & capiti inuncto, curavit.

Felix Platerus Archiater Baſileenſis ſcribit, multos à Tertiana & quartanâ febre uſu antimonij eſſe liberatos; & ego ipſe non paucos, abſit jactantia, quartanâ admodum enervatos, medicamentis, quorum præcipuâ baſis fuit ſtibium exoptatæ ſanitati reſtitui.

Quid dicam de Camerarij borace cryſtallino, præcipuo Gulielmi Haſſiæ Landgravij vomitorio: de Zuingeri Oſtrutio Thielæo, Aragoſij Oxylæo, Hagecij pactolo, Severini Turture, aquilâ, Dracone? quid proferam de Brunneri requie, pulvere ſalutis, aquâ ſolis, ſpiritu ſpirituum &c.

Sed ut Spagyricorum pharmacorum admiranda utilitas magis elucescat, paulò penitius, & quidem in ſpecie illa intueamur, & ex viribus neceſſariam ipſorum utilitatem metiamur.

Lib. 1. & 10. Iliad. Quoniam verò ſal olim (ut refert Euſtatius) erat amicitiæ & benevolentiæ ſymbolum, adeoque primum ante alia fercula apponebatur: ſale etiam & Sole ſecundum Platonem corpori humano nihil utilius: Homerus inſuper ſal θεῖον vocet σῶμα θεοφιλὲς, à ſale nos quoque exor-

In Timæo.

exordiamur, quo certè ægris nihil convenientius, tutius & jucundius. Hic eſt balſamus rerum, & omnium condimentorum præſtantiſſimum condimentum. Hic eſt ille phœnix tam occultatus à poëtis, qui igne naſcitur, producitur ac propagatur, quique nullo artificio deſtrui poteſt, ſive in aquis, ſive in aëre, in terra vel igne exiſtens, perpetuò conſervatur & conſervat: myſterium ſiquidem univerſæ Naturæ, vitæque humanæ medicamen ad extremam uſque ſenectam in ſe continet. Hinc aſſerere quidam non dubitant, ex ſale ſeu cinere cujuſcunque plantæ, gratiâ exempli, Roſæ; plantam, roſam mediâ hyeme vireſcentem ſuis ornatam coloribus referentem, induſtriâ artificis confici poſſe: fides ſit penes illos, qui vidêre.

Parac. in in pręf. de virt. herb.

Ruland. in ꝓgym. Quercetan. in reſp. ad anonym.

Vera inſuper Sal eſt Panacæa: præcipua enim habet arma;

Queîs cum morborum pellitur omne genus.

Quid enim ſale magis diureticum, diaphoreticum, catharticum? Sali in agendo eſt tuta celeritas: conſumit is ſuperflua, renovat deperdita, ſanat morbida, nec ullā admittit ulteriorem corruptionem.

Non igitur amplius miror, quod Quercetanus ſalem vitam & animam: & Cryſip. Fanianus animatum vocet: quod ſi Thaleti Mileſio placuit Herculeum illum lapidem magnetem, rem animatam dicere, quia ferrum trahere & cogere videretur: quin & nos quoq; ſalem, quod mirè penetret, expurget, abſtergat, diſſipet, reprimat, extenuet, ſimiliter animatum dicemus. In cymmerijs itaque tenebris verſantur, qui ſales tanquam cauſticos, adeoque noxios & deleterios reſpuunt: non

Penot. de ſalibus.

enim omnes ſunt calidi & cauſtici (ut ſal perlarum, corallorum, gemmarum, prunellæ, Saturni, Jovis, Martis,) licet cauteria ex iiſdem parentur, quæ non urunt, ſed erodunt: hæc autem facultas etiam frigidis quibuſdã cõvenit, ut aceto, ſucco limonum & alijs. Quin imò urunt nonnulla foris, & inducunt veſicas, quæ intus tantum abeſt ut noceant, ut & inſigne emolumentum afferant. Quiſquis es incredulus, Galenum adeas: dicet ille tibi, cur allium foris ſit veſicatorium, intus hautquaquam tale.

Lib.in antig. Prætereà ſalia de empyreumate accuſari nequeunt, quia in cinerum reliquijs nullum eſt, nec ſal eſt ignis effectum igneum. Poſtremò huic aſſerto ut fidem faciam, non procul abibo allatum teſtimonia. Ubi ſal ex cineribus diligenter eſt extractus affusâ aquâ, terram reſtibilem ure & combure centies, nunquam vel micam ſalis indipiſci vales. Sed nec ex omnibus rebus fertilis eſt ſalis extractio. Lateres excoctiſſimi parum, vel omninò nihil tibi dant ſalis. Inæquali inſuper copiâ plantæ ſuppeditant ſales. Cucurbita parum dat, ſarmenta vitium, plurimum. Æqualis in utroque uſtio, inæqualis ſalium proventus. E terris ſal extrahitur aquæ affuſione & eluvione, hautquaquam violentâ uſtione. Cornu cervi ſal dat fixum uſtione: volatile, putrefactione, ut & urina. Vinum ſponte ſalem ſuum ad parietes cadonum deponit. Sal ergò nequaquam op[9] eſt ignis vi productum, uti Scheckius voluit: ſed igne ſeparatum.

Bernh. Penot. & alij. Nec minus hallucinantur illi, qui ſalibus etiam qualitates ſpecificas attribuũt, ut ſali chelidoniæ, Eupatorij & cancrorũ fluviatiliũ, adſcribunt vim medendi morſui

canis

canis rabioſi,& ſal burſæ paſtoris morſibus ſerpentum reſiſtere aiunt. Similiter quoque labuntur, qui Cephalicos,epaticos,ſpleneticos & renales ſales effingunt: hujuſmodi enim vires ſpecificas in combuſtionibus,ſolutionibus,filtrationibus & coagulationibus reiteratis, protinus evaneſcere vel vehemẽter ſaltem obtundi exiſtimo, πῦρ enim πᾶν φάγον, ut inquit Philoſophus. Si itaq; craſin in vegetabilium ſalibus aliquomodo retinere cupis, unicâ cõtentus eſto calcinatione: multoties hâc reiteratâ, tota vis perit. Educã hocce loci cõtra adverſarios Ariſtotelẽ, in ſaliũ chymicorũ præparatione verſatiſſimum. Ita enim ille: τοιοῦτον δ' ἕτερον γίγνεται καὶ ἐν ὀμβρικοῖς. ἔστι γάρ τις τόπος, ἐν ᾧ πεφύκας κάλαμος καὶ χοῖνος. τούτων οὖν κατακαίουσι. καὶ τὴν τέφραν ἐμβάλλοντες εἰς ὕδωρ, ἀφέψουσι: ὅταν δὲ λίπωσί τι τοῦ ὕδατος, τοῦτο ψυχθὲν, ἁλῶν γίνεται πλῆθος. Sic cinerem cancrorum fluviatiliũ præſertim ☉ ♌ ingreſſõ uſtorum, morſui canis rabidi magis prodeſſe quam ſalem, præter experientiam priſci & moderni practici teſtantur. Cæſar Ferdinandus fertur canem rabidum cum duob[9] equis admiſiſſe, quos cũ momordiſſet canis, ambo mortui ſunt: poſtea duos alios admiſit, & alteri tantillũ cineris hujuſcemodi exhibuit, alteri nihil: hic mortuus, ille dicitur ſervatus. Hinc etiam fit, ut pleraque è vegetabilibus parata ſalia, unius ejuſdemque ſint virtutis & efficaciæ, Ægynetâ & Oribaſio teſtibus, & circa magis & minus potiſſimum differant. Cui meæ ſententiæ favet quoq; excellẽtiſſimus Primatis Germaniæ illuſtriſſimi Medic[9] Hẽr. Ellenberger[9]. Plurima nãq; ſalia ſunt diaphoretica & diuretica, penetrãdi, coagulãdi, abſtergẽdi, incidẽdi & exiccãdi vim habẽtia: quanquã

Lib. 2. Meteor.

Lib. 7. c. 3. Lib. 3. & 15.

 non

meth. ed. c. 9. tr. 3. f. 1. 22. lib. 1. ntidot. 1.

non nego aliqua etiam eſſe cathartica, ut Actuarius, Aëtius & Myrepſus quoq; crediderunt, quorum deſcriptiones, hic unam ſanctis Apoſtolis, aliam Lucæ Evangeliſtæ, aliam divo Gregorio tribuit: Illa tamen potiùs ſtimulando & abſtergendo, quam electivè trahendo purgare autumo.

Cur quæsò ſal cranij humani in epilepſiâ, ſal ligni guajaci in lue venereâ, ſal abſinthij in peſte commendatur, quàm quod præ multis alijs maximam penetrandi, exiccandi & putredinem vindicandi, vim nacta ſunt.

Paracelſ. Crollius.

Cur ſal gratiolæ, imperatoriæ, centaurij, hydropi mederi creduntur, quàm quod præ alijs calidiora & ſicciora, majori urinam ac ſudorem movendi vi pollent. Eâdem de causâ ſale zingiberis vix diaphoreticum melius, & ſale ſuccini ac geniſtæ vix diureticum præſtantius invenies.

In tract. de ſalib. herb.

Particulares itaque ſalium vegetabilium uſus, quos Penotus abundè deſcripſit, lubens omitto: nonnullorum tamen ab ipſo oblitorum, & longo uſu probatorum haud recordor fruſtrà.

Muſetus Penot.

Sal imperatoriæ ad fœtorem oris: hypericonis ad pleuriſin: (hic ſal hominem in agone mortis jacentem, & animam jam jàm exhalantem, reficere creditur:) Ceterach ad melancholiam hypochondriacam: ex ſiliquis fabarum ad calculum & colicam ventoſam: ligni quercini & guajacini ad morbum Neapolitanum: oſſis ſæpiæ ad calculum: viperæ & bufonis contra peſtem: cordis ciconiæ & pavonis contra omnis generis venena mirificè commendatur. Sal ex teſticulis equorum colicos

licos magnopere juvat. Sal urinæ umbilico inunctum vermes enecat. Sal marmoris & cryſtalli ardori urinæ & calculo medetur. Sal & cremor tartari ad diſſecandos & incidendos humores craſſos & tartareos in viſceribus nutritioni dicatis multum adfert auxilij.

Pleriſque inſuper medicaminibus ſalia fructuosè admiſcentur, quia illa in ſtomacho citiùs diſſoluta & penetrantiora reddunt. Sola verò non niſi præparatis vijs ac humoribus, nec non præmiſſis purgationibus exhibeantur. Ex ſale communi oleum ſeu ſpiritus quoque elicitur γλυκύπικρος, quo Theophraſtus tanquam Panacæâ quâdam in omnibus ferè morbis cum convenienti liquore uſus eſt: renovat enim & omnia præſervat. Mirum quod hîc ſitim, quam ſal excitare ſolet, repellat. Croll. in baſil.

Aquarum ſeu liquorum ſtillatitiorum ingens in vulgaribus etiam pharmacopolijs reperitur cumulus, qui tamen omnes præditi ſunt viribus iſtarum rerum ſimplicium, ex quibus deſtillantur. Sunt etiam liquores balſamici, ut ſupra retulimus; & eſſentiæ vulgò dictæ, è plantis extractæ, quæ tamen nihil aliud ſunt, quàm aqua ſeu liquor per reiteratas deſtillationes & cohobationes melior redditus & efficacior.

Spiritus verò & olea vires aquis multò excellentiores obtinent: guttula quippe olei duobus cochlearibus aquæ, & ſemicochlear Spiritus, cochleari aquæ longè præſtat.

Nos communes & lippis ac tonſoribus notos aquarum, ſpirituum & oleorum vegetabilium uſus prætereuntes, de ijs duntaxat loquemur liquoribus, qui vel ra-

tione ſignaturæ internæ, vel aſtrali & magneticâ vi ad humani corporis affectus conducunt, vel à nobis & alijs maximè efficaces in morbis, & præcellẽtes reperti ſunt.

Aq. deſt. uſus in Med. Aqua florum bugloſſæ expertum traditur remediũ in craſſis oculorum ſuffuſionibus: Liguſtici & borraginis in lue venereâ & Elephantiaſi: cochleariæ & naſturtij aquatici in ſcorbuto: cyperi ſylveſtris in podagra: florum tiliæ, pæoniæ, viſci querni in epilepſia: primulæ veris in paralyſi: tapſi barbati in arthritide: papaveris rubri in peripneumonia & pleuritide.

Aqua Taraxaconis omnibus febribus, & aqua ſanguinis humani, omnibus totius corporis morbis reſiſtere, & vires deperditas reparare creditur. Aqua menthæ criſpæ in tumore teſtium ex hernia & fecibus retentis in ſcroto, ingens ſecretum habetur. Aqua perſicariæ contra venena, ulcera gallica & lepram commendatur: peti ad aſthma: fraxini ad ſurditatem: filicis ad aduſtiones: ex ſucco corticum viridium nucum ad calculum mirè conducit. Aqua hyperici hauſta, vini potationes illo die innoxios facit.

Aqua excrementorum humanorum pota ad epilepſiam, calculum & hydropem prodeſt: maximè verò cõtra morſum canis rabidi: extrà verò ad paronychias, cancrum, & carbũculos utiliter adhibetur. Cur verò excrementum hoc adeò efficax ſit, docet Paracelſus in Ar- Lib. 5. chidox, inquiens: Stercus humanum eſt magnarum virtutum, quia nobiles in ſe continet eſſentias, cibi ſcil. & potus: corpus enim ab ijs nihil præter nutrimentum recepit, non autem eſſentiam.

Spi-

Spiritus ceraſorum, ſpiritus vini ſaporem repræſentans, è ceraſis exiccatis ſine ullâ additione extractus, epilepſiæ & matricis inflationi medetur. Spir. Tartari (cujus fœtorem adimes, ſi ter à colchotare trahatur, ſemper novum colchotar addendo) ad omnes obſtructiones, peſtem & hydropem præſtātiſſimus. Spiritus Vini Tartariſatus, non ſolum optimum extractorū catharticorum menſtruum, ſed & ad omnes defluxiones digerendas accommodatiſſimus. Spiritus Vini camphoratus ad contuſiones, inflamationes & dolores podagricos utiliſſimus. Spiritus ſuccini in epilepſia & calculo: Spiritus Therjacalis camphoratus, & Spiritus Sulphuris acidus in peſte: Spiritus ſanguinis aſinini & lotij vaccini expertum in caduco traditur remedium. Uſus ſpirituum in Med. Plater.

N. Ex omnib. fructibus & reb⁹ alimentoſis ſpiritus ſeu aqua vitæ, etiam ex roſis ipſis & gariophyllis noſtratib⁹: ex omnibus herbis verò & floribus calidâ & ſicca temperaturâ, ſuaveque olentibus, nullo negotio oleum elici poteſt. Quercet.

Oleum croci optimum in triſtitiâ, melancholiâ & ſtranguriâ: verum caveas tibi, ne ante prandium vel cœnam eô utaris, ſingularem enim appetitum deijciendi habet proprietatem. Ol. chamomillæ, cærulei potiſſimum coloris, in menſium retentione: Salviæ in tremore: ſambuci in eryſipelate: piperis in febribus tertianis, præſertim ſpurijs, horis 2. ante parox: Garyophyllorum in quartanis & dolore dentium, ut & macis: maſtichis in ventriculi debilitate. Uſus oleorum in Med.

Oleo thuris in phthiſi nihil efficacius: ol. menthæ in colica paſſione, gagatis in ſuffocatione uteri: caſtorei

rei in paralyſi & loquelæ defectu. Oleum Therebinthinæ valdè precioſum in febribus peſtilentibus, & oleum Savinæ in uteri affectibus: oleum ignis ad phthiſin: ex formicis ad ulcera phagædenica, maligna & ſerpētia. Saponis ad Iſchiaticos dolores excellentiſſimum. Oleum baccarum hederæ frigidis articulorum doloribus prodeſt, menſtrua movet & calculos expellit.

Oleum myrrhæ omnem putredinem inhibet, & dentium acerbiſſimos dolores tollit, atque fœtum mortuum pellit, quod ipſum etiam oleum laudani præſtat. Oleum cryſtallorum ſingulare ad calculos renum & veſicæ, lac muliebre auget. Oleum ex humanis oſſibus paratum, dolores arthriticos conſopit, ſimiliter quoq; facit oleum vini ἀπύρευτον. Oleum laterinum, quod & philoſophorum & benedictum, ad ſurditatem & infinitos penè morbos convenit, præſertim frigidos: quo etiam amor, ſi credere fas eſt, conciliari poſſe dicitur. Oleum Succini efficaciſſimum Opobalſamum Europæum, olim ſacrum appellatum, propter admirandas quas obtinet vires, plurimis, ijſque graviſſimis opitulatur affectibus, cujus vires recenſere ſupervacaneum eſſet, cum abundè ab alijs, maximè verò à Crollio enumerentur. Oleum Camphoræ dentium dolori, calculo renum, gangrenæ & priapiſmo: ceræ, podagricis doloribus opitulatur. Oleum cranei humani præſtantiſſimum in Epilepſia & apoplexia, ſimiliter ac oleum microcoſmi: guajaci in morbo Neapolitano: ſanguinis hircini & corvini in podagra, nervis contractis & indignatis: Urinæ ad membra congelata: ovorum, ad cancrum & fiſtulas, quod etiam pilos producit. Oleum Nymphεæ

Teoph. vocat coroſivū dulce.

In baſil. chym. f. 192. & 193.

pheæ fœtui in utero robur dare creditur, & oleum aniſi lac mammis laudabile ingenerat. Oleum talci faciem dealbat: Oleum roriſmarini, caryophyllorum, ſalviæ, ſpicæ, Therebinthinæ, ceræ, & alia multa vim habent quævis conſolidandi vulnera.

Hactenus de liquoribus Mercurialibus & Sulphureis; nunc ad extracta: ubi ſaltem præcipuorum quorundam, quæ noſmetipſi efficaciſſima in praxi obſervavimus, mentionem faciemus. Et ut ab extracto Juniperino ex granis ordiamur, eſt illud contra omnis generis venena præſtantiſſimum, unde etiam à Quercetano nomine Therjaçæ Germanicæ exornatur. Uſus extr. in Medic.

Porrò extractum gentianæ laudatiſſimum in aſthmate, carduibenedicti in quartanâ & tuſſi antiquâ, ligni aloës in palpitatione cordis, morſus Diaboli & ſcabioſæ in carbunculis. Cantharidum deniq; extracto in urinâ pellenda, granorum actes in hydrope, alkekengi in colicâ nihil præſentius.

Magiſteriorum & eſſentiarum frequens in Medicina uſus eſt, longè enim ſubtiliores ſunt ipſis pulveribus, ideoque penetrantiores, & naturæ gratiores, inter quas tamen palmam obtinent Eſſentia, magiſterij nomine decorata, margaritarum & corallorum. Illa enim inſigne decus vitæ, auro potabili in temperatura & operatione proximè accedens, in convulſione, paralyſi, phrenitide, apoplexia, vertigine, tabe & marcore ſenili, calculo, oculorum caligine, in cordis palpitatione, ejuſdemq; confortatione præſtantiſſima ac validiſſima, corpus ſanum conſervat, læſum verò priſtinæ ſanitati reſtituit, lac muliebre emendat, atque na- Uſus magiſter. & eſſent. in Medic.

turalium partium vires adauget. Hæc verò cum convenienti vehiculo adminiſtrata epilepſiæ, calculo, melancholiæ & ſuffocationi matricis vehementiſſimæ opitulatur, ſanguinē mundat, hæmorrhagias & omnes fluxus, muliebres ſimul ac ventris ſiſtit, diarrhoeæ & dyſenteriæ medetur, cor imbecillum roborat, ventriculum & ſpiritus vitales confortat, omnesq; obſtructiones tollit. Non fruſtrà itaque Arnoldus Villanovanus exclamavit:
„ multæ ægritudines perlarum & corallorum eſſentijs
„ ſublatæ ſunt.

Eſſentia lithargyri humores noxios educit: eſſent: raphanorum calculo & ictero: Terræ ſigillatæ, peſti & cordis palpitationi: eſſ. Cinabaris nativi (quod quidam Epilepſiæ magnetem vocant, & ex hoc Panacæam Ambaldinam confectam eſſe opinantur) caduco medetur. Eſſ. pomorum porſdorfianorum, ut guſtui gratiſſima, ità ad melancholicos affectus utiliſſima. Eſſ. panis inſignem habet vim reſtaurandi & roborandi. Eſſ. ſplenis bovilli lienis obſtructiones reſerat, & menſtrua provocat. Eſſ. ſanguinis aſinini & lactis equini ab epilepſia præſervat. Sic Eſſentia matricis leporinæ & ſecundinæ mulieris fœcundæ, ad matrices ſteriles fœcundandas & conceptioni idoneas reddendas efficaciſſima, ac præſtantiſſima.

Ut Iſaacus Hollandus eſſentiam ſachari Panacæam: ſic alius quidam Paracelſita, referente Libavio, eſſentiā mellis catholicum omniū morborum eſſe remedium, exiſtimat: propterea, quod mel omnium florum & herbarum nobiliſſimis viribus præditarum ſit ſubtiliſſimum & precioſiſſimum.

Gemma-

Gemmarum & aliorum lapidum precioſorum uſus in Medicina adeò neceſſàrius eſt, ut gemmas ex coronâ Pontificiâ furari videantur, qui illas è myrothecijs reijciunt, ut facit Sanctorius & Mondella: quorum prior non modò gemmas, ſed & unicornu, cum lapide Bezoar contrà manifeſtam experientiam, ratiunculis tamen merè frivolis reijcere & annihilare conatus fuit. Rollenhagius in q. epiſt. Lib. 13. meth. vit. err. f. 196.

Gemmas, ajunt, quod corpus habeant homogeneũ, nimis compactum & ſolidum, calor humani corporis ſuperare poteſt neutiquam. Ita videlicet ajunt. Ajant ſanè. Quid verò præparatio: ſupervacanea fortaſſe illa? minimè verò gentium minimè. Error quippè ſic erraretur craſſus & præpinguis. Præmiſſa enim ſolutio iſta lapides quam proximè efficit ποτίμους, potabiles & vegetabiles. Accedit, quod fide conſtet hiſtoricâ, hiſtoricâ inquam, lapides quandoque grandes è pueris ex incuriâ deglutitos, per ſeceſſum redditos fuiſſe minutiores. Quinimo ipſe Scaliger, qui cornutis quibuſdam argutationibus, contrà hanc noſtram opinationem, arietat, ſibi ipſi non penitus eſt ὁμόψηφος. Effecta lapidum ſeu gemmarum mirabilia & prodigioſa concedit, imò exaggerat: cauſas viresque præſupponendas meritiſſimè, pernegat. Certum hoc eſto & concluſum: Calor corporeus eoſce abſumit & conſumit: Solamne autem vim medicamentoſam, ſine nutritoriâ an exugat, in medium relinquitor. Præclaras autem eaſce gemmis virtutes infundi cœlitùs, docet Hermes Triſmegiſtus. Primò, quod magnos effe-

ctus parvâ promant mole. Dein quod in terris benedictis precioſiſſimi generentur lapides. Tandem quod fecis experte puritate cum cœlo non parùm conveniant.

Parac. de tartaro: Felix qui poteſt p̄parare cryſtallos.

Magiſterium itaque hyacinthi contra ſpaſmum; rubini contra omnis generis venena & peſtem, chryſolithi cõtra triſtitiã & melancholiam, cryſtalli contra calculum, urinæ ardorem & lactis muliebris conſumtionẽ, lapidis Lazuli contrà Maniam, lyncis & Judaici ad urinæ ſuppreſſionem & calculi expulſionẽ mirificè proſunt. Magiſterium Smaragdi orientalis epilepſiæ opitulatur, orificium ſtomachi roborat, hæmorrhoidas & alvi fluxus ſiſtit, & venenis reſiſtit. Magiſt: Sapphyri inteſtinorum ulcera, & Scorpionum ac veſparum ictus curat, puſtulas & oculorum excreſcentias deprimit & extenuat, calorem febrilem mitigat, atque cor exhilarat.

Magiſterium porrò amethyſti ebrietatem coërcet, Rubini κραιπάλας, (unde & ipſi nomen inditum à Græcis) concoquit, oculos caligine ſuffuſos illuſtrat, & cordis ſpiritus fovet.

Eſt & noſtrô ævô lapis repertus, dictus Nephriticus (ſicut etiam lignum Nephriticum nuper ad nos delatũ eſt) ob inſignem, quâ pollet, virtutem, adverſus nephritidem, cujus magnam copiam Lipſicus quidam mercator poſſidet, qui lapidem hunc in cœlum uſque laudibus atollit, propter incredibilem in calculo expellendo potentiam. Experientiâ enim ſibi innotuiſſe refert, lapidem hunc nephriticum, quem Conſtantinopoli ſecum attulit, non ſolum arenas, tartarum & calculos per urinas

urinas,ſed etiam per excrementa,& quod ſidem ferè excedit,per puncta lacrymalia & internos oculorum angulos expellere: quemadmodum etiam in diverſis ſcatulis arenulas & lapillos comminutos, per oculos, penem & anum expulſos,mihi monſtravit: ſed fides ſit penes autorem. Interim tamen certò affirmare poſſum, me vires magiſterij ejuſdem non contemnendas aliquoties eſſe expertum. Hoc loci non omittendum, quid ab alio quodam obſervatum Medico: Urgentibus calculi doloribus immaniſſimis,poſt regionem renum, paulò tamen ſupra, lapidem admovit nephriticum. Quamprimum id factum,ceſſârunt dolores. Quî id fiat, quæſitus ab ægroto,in hæc erupit verba.UtiMagnes vulgò trahit ferrum,ita & iſte calculum. Oriuntur verò dolores, ſi calculus à facultàte expultrice incitatus, occupet meatus ureterum. Illuc illapſum, facultate magneticâ retrahit in cavitatem renũ hic lapis: unde ſymptomata doloroſa ſtatim miteſcunt. Uſus lap Nephrit. exter.

Hìc etiam obitèr ſaltem notare libet, errorem illorũ, qui calculum in renibus & veſicâ commorantem medicamentis frangere nituntur,ut ſanguine hircino,paſſerculo troglodyte,cinere ſcorpionum,decocto ſaxifragiæ & ſimilibus; maximè verò vitro Veneto præparato. Si enim medicamentum eſſet illius virtutis & potentiæ, ut lapillum in veſicâ confringere poſſet, prius viſcera exanimaret,inteſtina vellicaret,& venas,renes & epar,aliaſque partes,per quas tranſiret, laceraret & eroderet, antequam calculi extimam ſaltem ſuperficiem comminueret. Unde juſtè, reprehendit Medicaſtrum illum Sanct. Sanctorius,qui in nobili Italo calculô veſicæ Werner: Aëtius. Langius. Avicẽ.& Avenz. In meth. vit. error.

 ema-

emacerato, multis diebus electuario ex vitro uſus eſt: dū enim putavit calculum comminuere, inteſtina exedit, dyſenteriam immanē effecit, & im̄aturè ægrū jugulavit.

Conficiuntur etiam magiſteria ex oculis gamarorum, teſtis ovorum & limacum ad tartareas feces expellendas, ut & ad ſtrangurias, dyſurias, Iſchurias, difficultates & ſuppreſſiones vrinæ aptiſſima.

Reſtat ut de Tincturarum utilitate pauca quoq; dicamus: Eſt autem veræ & univerſalis tincturæ, quā pauci hodiè, utpote cygno nigro ſimillimam, norunt, ea vis & natura ſanguinē in univerſo corpore ſic mundificare, ut omnibus morbis ex ſanguine corrupto ortis, brevi ſublatis, corpori veluti redintegrato vigor priſtinæ ſanitatis reſtituatur. In hujus itaq; penuriâ Chymiatri tincturas Sapphyricas vitriolicasq́; cerebri affectibus ſpeciatim adaptarunt: Solis verò tincturam cordis affectibus: Jovis, pulmonibus: Mercurij, hepati: Saturni, lieni: Martis, renibus: Veneris, genitalibus membris adſcripſerunt.

Uſus Tinctur. in Med.

Sunt & aliæ Tincturæ, quarum regina eſt quæ ex corallis educitur: hæc enim ritè, nō Sophiſticè, præparata, omnes interiorum partium affect⁹ radicitùs evellit, epilepſię medetur, (quod etiam tinct. amethyſti pręſtat) triſticiam pellit, oculorum fluxiones mirificè compeſcit, mēſtrua ſiſtit, profluvium alvi cohibet, licet etiam morbus ad extremum uſq; pervenerit. Sic tinctura rhabarbari ſanguinem emundat: tinct. antimonij arthritidem & ſcabiem malignam plenè curat: tinct. ſanguinis Ciconiæ venenis & peſti reſiſtit: Tinct. ſanguinis vulpini calculos expellit: Tinct. viperarum ad omnis generis venena

nena infringenda,& tinctura lapidis hæmatitidis ad ſanguinem in quacunque corporis parte ſiſtendum paratiſſima.

Metalla ſeptē Planetarum nominib⁹ indigitata à Medicis priſcis ſæpiſſimè fuerunt præſcripta, ut Thomas Muſetus, Joſ. Quercetanus & Jac. Zuingerus ſatis ſuperque demonſtrant, quanquam exiguo cum emolumēto. Dum enim in ſubſtātia ſuâ duriori adhùc ſunt, nullā aut tenuem in Medicina efficaciā oſtendere valent, quia calor naturalis tàm potens non eſt, ut metalla cruda nec præparata ſatis domare & immutare poſſit, ſicq; illa digeſta & in ſanguinem mutata, corpus nutrire & ſpiritus vitales confortare, aliaq; à Naturâ ſibi conceſſa negotia expedire valeant. Hìnc non iniqué Athenienſes exclamare videntur; aurum foliatum & lapides precioſos potius ad crumenæ evacuationē, quàm corporis refectionem, ab Arabibus eſſe inventos & in Medicum uſum revocatos. Parū itaq; fructuosè aurum & argentū ab Antiquis, quibuſdam medicaminibus, ut diathamaro Nicolai, electuario de gemmis, lætificanti Galeni, aureis Alexandrinis & alijs compluribus fuit admixtum. Incommodè itidem faciunt moderni, qui etiamnū aurum foliatum & limâ cōminutum ægris deglutiendum propinant, (illos tamen ſemper excipio, qui ornatus ſaltē aut majoris appetitus gratiâ, aurū medicamentis admiſcēt) quaſi verò Metarum vel ſtrutionum, vel murium vētriculos ferrum & aurum digerere valentes, haberent. Cū enim incorruptibilia quælibet in ſtomacho humano mutari nequeant, ideò nullā, vel ſaltem exiguam, principalibus membris virtutem præbere poſſunt.

De præſt. med. chym. In reſp. ad Auber. f. 304. In exam. princip. chym. f. 46.

Plutarch in φιλοπλουτίᾳ. Plin. lib. 8. Teoph. lib. 9. de hiſt. plāt. Marcell. l. 2. c. 49.

Ubi

Pſaltes: Eduxit aquam de petrâ, & oleum de ſaxo duriſſimo.

Ubi verò præcedenti artificioſâ præparatione, in liquorem vel alcool tenuiſſimũ, abſq; ſumè corroſivo tamen, venenoſo & maligno medio rediguntur, (☉ enim & ☽ ſpoliantur naturâ ſuâ ſaluberrimâ, quotieſcunque cum ſpiritibus violentis colliquantur) mirabiles effectꝰ habere depræhenduntur, nec injuriâ partibus corporis principalibus, earundemq; affectibus ſpeciatim à Chymiatris adaptantur. ☉ enim cordis, ☽ cerebri, ♃ pulmonum, ☿ hepatis, ♄ lienis, ♂ renum, ♀ genitalibus affectibus adſcripta fuit.

Aurum, dicit Marſilius Ficinus, omnes ante omnia
" probant, tanquam omnium rerum temperatiſſimum
" & à corruptione tutiſſimum: Soli quidẽ propter ſplen-
" dorem: Jovi verò, qui vitæ patronus dicitur, propter tẽperaturam conſecratum, ideoq; poſſe calorem naturalem cum humore mirificè temperare, humoresq; à corruptione ſervare, Solarẽ & Jovialem ſpiritibus & membris inferre virtutem.

Non mirum itaq; quod innumeris propemodũ modis tractetur, ex eodemq; variæ medicinarum ſpecies producantur, ut Auri ſpiritus (cujus 40. vel 50. prolectãdi modos Quercetanus ſe callere gloriatur) oleum, ſal, ſulphur, pulvis diaphoreticus, auri lana, aurum vitæ &c.

☉ uſus in Med.

Aurum potabile vel etiam diaphoreticum Hermeticè præparatum, cordis ſubſtantiam & vitæ principium confortat & exhilarat. Inſenſatos & leproſos ſanat, eôq; utentes ab elephantiaſis Græcorum & Latinorum lepræ contagione immunes conſervat. Contra peſtem & cætera venena eſt remedium præſtantiſſimum.

Apople-

Apoplexiæ, cancro, calculo, alijſque multis & magnis morbis medetur. Sanguinem ſiquidem corruptum purificat, & ab omnibus excrementis corpus univerſum ſolis ſudoribus expurgat, virtutes partium in ſuis actionibus conſervat, & corpus juvenile (ut ex Hippocratis ſententia etiam facit Helleborus) quodammodò reddit. Sic igitur ægri optimè refocillantur, ac inſtar Æſonis Cretenſis regis, ope Medeæ, è crudis quaſi ſilicernijs, floridam virentemque juventutem, novâ quadam παλιγγενεσίᾳ præcedente, indipiſcuntur.

Argentum inter cætera metalla ſecundum obtinẽs perfectionis locum, auri vires quadantenus æmulatur, & ad eoſdem ferè morbos præſertim verò ad Caducum, Phrenitidem, Maniam, Melancholiam, & omnes cerebri affectus à Medicis exhibetur. ☽ uſus in Med.

Laudantur autem potiſſimum ejuſdem oleum & pulvis diaphoreticus; qui adverſus omnes obſtructiones ſingulare eſt remedium, expellit enim per poros omnes pravas humani corporis qualitates & confortat membra principalia.

Paratur etiam artificio Spagyrico ex Lunâ Philoſophicè calcinatâ Narcoticum, eâdem, quâ ſulphur vitrioli & opium, vi pollens.

Ex Ferro quoque & Chalybe benigniſſima conficiuntur medicamina, ad varias humani corporis ægritudines ſalutaria; inter quæ tamen præcipua Crocus, ejuſdemq; Oleum, quæ lienoſis, dyſentericis, cholericis & ventriculô reſolutis auxiliantur. Valent etiam ad omnes hæmorrhagias internas & externas, ad gonorrhæam, urinæ incontinentiam, & quævis alvi profluvia, fluxum ♂ uſus in Med.

hæmorrhoidalem & profluvium fœminarum ſiſtunt, hydropicis proſunt, obſtructiones aperiunt, ſemen virile roborant, dentes ac gingivas firmant, vulnera conſolidant, ventriculum roborant, multisq; alijs hiſce ſimilibus morbis adverſantur.

Fallop. Nonnius. Minad.

Exhinc apparet cœcus Fontanoni error, cum ſcribit: mulieres uſu limaturæ chalybis ſteriles fieri. Apparet quinetiàm error illorum, qui chalibem ratione aceti aperire exiſtimant, cum etiam ſine aceto parari poſſit, & tamen aperiendi vim obtineat.

Mercurius ubiq; ſanè mirabilis, ideoq; à Fallopio miraculum naturæ appellitatus; qui, ſi peritum nactus ſit artificem, rationalem directorem, & prudentē exhibitorem, nullum quātumvis pertinacem morbū, cæteris vel potētiſſimis intactum, aggredi recuſat. Nimiū quodq; adimit, & quod deeſt addit. Unde Paracelſus Mercuriū legitimè præparatum balſami Naturę & naturalis theriacæ titulo dignatur. Non mirum igitur ſi tot ſeculis tot præclariſſimi viri, quos inter præ alijs ſummâ curâ & induſtriâ Paracelſus, virtutes, qualitates & proprietates ipſius Mercurij excuſſit, in ejuſdem mortificatione, revificatione & artificiosâ præparatione maximè inſudarint, & quamplurima ex illo arcana excogitarint, atque in neceſſarium Medicinæ ornamentum eruerint. Haut enim contenti fuêre hydrargyri purgatione per corium tranſactâ, ſeu mobilitate ejus aceto, urinâ, lixivio, ſucco limonum vel ſalivâ coërcitâ atq; mortificatâ: (utcunq; enim ſic enecatus in tepidā poſitus, ſolet reſurgere) ſed ſulphureas & plūbeas partes ipſi demerunt, ſuo ſulphure arſenicali per ſublimationem exuerunt, ipſumq; ani-

Tom. 5. p. 45.

mâ

mâ per igneã fixationem ſpoliarũt: idq; beneficio ſublimationis, præcipitationis & deſtillationis factitarunt. Hoc modò Mercurium verè philoſophicum, & ad varios uſus accommodatiſſimum reddiderunt.

Mercurius Hermeticè præcipitatus (cujus ſignum ſi cum Sole fortitèr teratur, nec aurum inde dealbetur, vel etiam, ſi nullâ arte redivivus reddi poſſit, cæteris tamen paribus) remedium eſt contra omnis generis infirmitates ex humorũ putredine cauſatas. Educit inſuper omnes humores, non ſolum naturam irritãdo, ut multi credidêre, ſed etiã electivè purgando, præſertim humores ſeroſos: hoc etiam hinc patet, quod illi, qui laborant lumbricis vel aſcaridibus, à quibus tamen natura maximè irritatur & vellicatur, ab humoribus excrementitijs minimè purgentur & liberetur. Inſuper defluxiones cerebri exiccat, purificat ſanguinem in venis & medullam in oſſibus. In diuturno capitis dolore, hydrope, pleuritide, podagra, Ictero nil præſtantius. In febribus omnibus, ſcabie, peſte, ſcrophulis, ulceribus malignis & fœtidis, & ut omnem rem in pauca verba conferã, in omnibus morbis deploratis Mercurio cum aceto mõtano præcipitato & coagulato, atq; ab aciditate purgato, cum cõvenienti vehiculo dato, vix aliquid præſentius. (Nunquam autem ☿ utile erit medicamentũ, quãdiu acris & corrodens vis à mẽſtruo accepta ipſum comitabitur.) Hic eſt luis venereæ ſolus ῥιζοτόμος. Hôc ipſo complurimos vidi ſanatos, in Noſocomio Neapolitano, dicto, al incurabile. ☿ uſus in Med.

Alij verò ☿ ſublimatum præcipitato præferunt, propterea, quod ille majorẽ penetrãdi vim obtineat, ratio- Paracelſ.

ne ignis ipſius, cui in totâ rerum naturalium univerſitate non reperiatur ſimilis.

Mercurius ſublimatus cum vino aut alio quovis liquore miſtus, & in ore retentus ac deinde rejectus præſentiſſimè humores noxios ex capite educit. Ex tali Mercurio in μετώρον redacto, Mercurius vitæ, quatuor Theophraſticorum arcanorum maximum, pronaſcitur, cui multas easq; admirādas virtutes Quercetanus & Paracelſus adſcribunt, quod nempè præſervent, reſtaurent ac regenerent.

In Archidox. l. 5. de arcanis.

Et ego ipſe nobile par conjugum mirabili morbo afflictum, hoc ipſo feliciter curavi. Caſum itaque hunc mirabilem & vix auditum lubet adponere: Quotieſcunque maritus rem cum uxore juvenculâ formoſiſſimâ habere cuperet, maximè hæc trepidabat, concubitumque illius reformidabat, propterea quod plerunque poſt ſeminis maſculini calidiſſimi & fœtidiſſimi, effuſionem, exanimis in thoro jaceret; fœtor enim ſeminis adeò abominabilis fuit, ut ferè ſemper poſt coitum in animi deliquium inciderit. Interim tamen quinque annorum ſpacio decies concepit & molas vel ἐκτρώματα peperit. In conſilium itaque vocatus, ☿ vitæ marito; uxori verò alia convenientia exhibui remedia, quibus Deus ità benedixerat, ut non tantum magnâ cum dulcedine nobiliſſimi conjuges deincèps amoris poma decerperent, ſed etiam anno ſequenti parentes audirent.

Caſus mirabilis.

Ex Mercurio etiam crudo & ſublimato fit Alkacheſt, ut & arcanum corallinum, quo Paracelſus in podagra uſus eſt.

Fit

Fit etiam Turpethum minerale, eaſdem penè, quas præcipitatus, vires obtinens, optimum in epilepſia, hydrope, ſcabie, cancro, quartana. Hoc etiam Monavius & Caſpar Hofmanus Hallæ & Berolini multos curavêre Venereos.

Deſtillatione quoque ex puro Mercurio liquor elicitur pellucidus & oleum dulce, quod non tantum intrinſecus ſumtum purgat & Neapolitanum morbum curat, ſed ipſa quoque lues, ſolâ iſtius olei palmarum & plantarum pedum inunctione ſanatur.

Hydrargyri damna à corroſivis ſpiritibus (qui ſale marino facilè mortificari poſſunt) & halitibus arſenicalibus promananantes, levi gargariſmo ſopiuntur. Ptyeliſmus verò (quem Langius proprietati occultæ, quâ ☿ per os purget pituitam, adſcribit) plerunque fit ex accidente, quia humores pituitoſi ſunt circa cerebrum frequentes, imò os & glandulæ faucium, emunctorium ſunt pituitæ excrementitiæ proprium. Cum ergò ea pituita Mercurij vi in corpore concitata eſt, à natura ad ea loca pellitur, ut ſecernatur, aut irrigando fauces, uſum ſuum præſtet. Ruland. Libav.

Jupiter Philoſophicè præparatus Morpheam, ſerpiginem & lepram curat: oculorum inflammationes & dolores ſedat, vlcera omnivaria, cacoëthe, Chironia, maligna & recentia ſine ullo dolore ſanat, ijſdemq́; cicatrices inducit. ♃ uſus in Med.

Sal & oleum ejuſdem in apoplexiâ & Colica efficaciſſima, & in ſuffocatione uteri, calidè umbilico inuncta: in puncto enim ſuffocationem & motum matricis tollunt. Oleum inſuper fiſtulis, ulceribus antiquis &

Gallicis plurimum opitulatur, unde etiam balſam⁹ humani corporis à Paracelſo vocatur.

♀ uſus in Med.

Æs artificioſè præparatum multis quoq; modis ad morbos ſanandos conducit; excreſcentias enim carnis, quas ὑπερσαρκώσεις Græci nominant, cohibet ac delet, ſordes mundificat, fiſtulas & ſcabiem quamcūq; curat, nomas ſiſtit, cancroſis, ſerpiginoſis ac leproſis auxiliatur, fluxus Cambij & articulorum inhibet, & ad chronica putridaque ulcera valet omnia.

Ex cupro quoque paratur Sal ad vomitum ciendū convenientiſſimus, modò legitimè ſit confectus, & omnis acredinis & corroſionis expers, aliàs metuendum eſſet, ne idem de nobis decantetur, quod Libavius de Gramano: caveant ſibi, inquit, illi, qui ſalem Veneris Gramani in uſu habent, ne ſepulcro ſuo inſcribi curandum ſit: Gramaniano ſale eroſum ventriculum ipſis intuliſſe necem. Ex eâdem quoque Venere oleum, (quod ad dolores capitis, canitiem, febres, calculum, lumbricos, ſimiliter ad lupum, colli veſicæ carunculas atque carcinomata eximium) & Vitriolum chymicâ induſtriâ extrahitur, quod baſis eſt præſtantiſſimi cujuſdam arcani & ſtomachalis confortativi.

♄ uſus in Med.

De præparat. chym.

Plumbum philoſophicum, quibuſdā monſtrū dictū falcigerum, ad omnes combuſtiones, tumores, inflammationes & ignem perſicum, tanquam ſingulare arcanum commendat Paracelſus. Quercetanus Sal ſeu ſacharum Saturninum dicit eſſe omnium febrium, atque inflammationum tàm internarum quam externarum, dulce refrigerium ac remedium. Idem Sacharinus Saturnus

turnus contra oris putredinem & Veneream libidinem efficaciſſimus: Hæmorrhoidas ſanat, cava quæq; implet, & ſanguinem ſupprimit.

Oleum ejuſdem ad quævis deplorata vulnera & ulcera eſt precioſus balſam⁹, & magnopere ad priapiſmũ, laſciviam, ophthalmias, impetigines & rubras faciei puſtulas prodeſt. Hanc ad rem nimis lepidè verba facit Bernhardus Penotus, inquiens: Tantâ prudẽtiâ atq; ſapientiâ hic ſenex præditus eſt: vix aliquis mortaliũ numerare poteſt. Ejus ſudor & ſanguis utilis in omnibus morbis.

De præparat. med. ſpagyr.

Tantum de Metallis. Sunt verò & alia quædam mineralia, quæ ſe Chymiæ ſubijciunt, & in uſum Medicum veniunt, inter quæ eminent, Antimonium, Vitriolum, Sulphur & Nitrum: quorum eſſentias & vires breviter etiam perſcrutabimur.

Antimonium non eſſe virulentum, ſed ſaluberrimas inde poſſe parari medicinas, & τῶν θεῶν χεῖρας, ſupra docuimus. Si enim damnũ aliquod ex ejuſdẽ præpoſtero uſu emergit, non ſtibio, ſed inſulſo imputandũ chymicaſtro, qui ſcam̃onio & helleboro æquè ac Antimonio peccare, & ægros in extrema poteſt præcipitare pericula. Hinc fortaſſis Platerus Antim. præfert helleboro: & Mercurialis atq; Hierovius ſtibij uſum empiricis, nõ autem medicis ex Hermeticâ & Hippocraticâ proſapiâ oriundis prohibent. „ Non minus enim ſtomachum & „ totum hominis corpus à vitioſis humoribus & ægritu- „ dinibus, quã metalla à ſuis ſuperfluitatibus antimoniũ „ expurgat: & complures ſanè magni morbi, eôdem ritè præparato, ſunt curati, qui alijs pharmacis cedere noluerunt

Mathiol.

Antimonij uſus, in Med.

luerunt, quorum exempla ſuprà fuêre prolata: plura verò apud ſcriptores extant, Andernacum, Mathiolum, Pedemontanum, Geſnerum, Cratonem, Rondeletium, Platerum & alios, quod etiam conteſtatur Rulandus ſanctè affirmans, ſe multos vidiſſe uſu antimonij à periculoſis ægritudinibus eſſe liberatos. Valentioribus quippè morbis ipſo atteſtante Hippocrate, potentiſſima remedia convenientiſſima. Imò Seilerus adeò benignum reddidit ſtibium, ut etiam puerulis recens natis non raro feliciſſimè exhibuerit. Parantur autem ex eo innumeræ Medicinæ (quas Aſtrologi commodiſſimè fieri arbitrantur Sole & Lunâ in Aquario ſeu Piſcibus exiſtente) quæ varijs indigitantur nominibus, ut ſunt Eſſentia, Tinctura, oleum, Acetum, Flores, pul. diaphoreticus &c. Ad multijugos eoſque contumaciſſimos humani corporis depellendos affectus, ut ſunt gratiâ exempli: Lepra, Peſtis, lues Venerea, Inſania, Scabies, Podagra & Quartana: quæ tamen medicinæ ademtô ſpiritu arſenicali ritè præparari, Sale, urinâ & ſacharo pro diversâ artificis intentione, corrigi, (Antimon. & Sacharum Candi adeò ſe invicem copulant, & junguntur, ut nunquam ſeparari poſſint, ſicut aurum & Mercurius) nec temerè in quibuſvis propinari debent.

In Cent.

Lib. 1. aph. 6.

Fallop. tincturã vocat ſanguinem antimon.

Antimonium, quod ex ſententiâ Paracelſi, inter omnia mineralia potiſſimum in ſe claudit arcanum, (hoc ipſum quoque intelligens Crollius, ſcripſit: Si an„timonium poſſet præparari, ut ſine omni vomitu ſaltem „per inferiora operaretur, nullum daretur Catharticum „præſtantius.) bilem utramque purgat, maximè verò atram, epilepſiæ, morbo Neopolitano, hydropi, lepræ,

in parag. l. 5. In Baſil. Chym.

febribus,

febribus præſertim verò quartanæ (quæ ab Octavio Medico perhibetur eſſe filia Saturni) medetur, Apoplexiæ, alopeciæ & Ictericiæ prodeſt, univerſas in corpore vires ac facultates mirificè reſtaurat ac renovat, appetitum movet, obſtructiones epatis, lienis, totiuſque corporis reſerat, inteſtinorum dolores ſanat, podagricis, ſcabioſis & aſthmaticis auxiliatur, in Maniâ, faſcinatione & philtro nihil præſtantius, in phthiſi ſummum eſt arcanum.

Paracel. de antim.

Extrinſecùs autem cancroſis opitulatur, Elephantiaſin, fiſtulas, lupum & omnia ulcera maligna ſanat: vulneribus deſperatis ſatis commendari nequit.

Capivac. l. 2. de morb. med. vẽt. Crato. Parac. in paragr. l. 5.

At verò, quis poſſet omnes vires in Antimonio latentes contra omnes ægritudines enumerare: Nemo medius fidius. Decem enim habet dulcedines, ut dicit Paracelſus, quæ decem virtutes præſtant, quas terra in decem herbas diviſas habet, quæ junctim in uno Antimonio latent.

Parac. tr. 2. de mẽbr. contr. Lib. 4. de aquis naturalib.

Antimonium diaphoreticum, unum è Spagyricis medicaminibus maximè πολύχρηστον, (non mirum, cum ex ſententiâ doctiſſimorum quorundam Medicorum, tertia ferè morborum pars, qui humanum corpus infeſtant, per ſudorem curari queat) in peſte eſt ſummũ ſecretum, in podagra, hydrope, obſtructionibus lienis, & febribus nihil præſentius.

Paracel. ibidem.

Jul. Alex.

Florum Antimonij candidorum, luteorum, rubrorum & puniceorum, (quorum ultimi pro optimis habentur) uſus, ex dictis facilè colligi poteſt. Similiter quoque olei ſtibiati vires ex prædictis colligere non erit arduum.

Acetum verò ejuſdem,ſeu ſtylanx in quo Vulcanus Phœbum lavat, ad febres ardentes & inflammationes internas extinguendas mirificum. Inſuper ex antimonio(quod Græcis σίμμι) fucus quoq; paratur. Inde apud Heſychium, σιμμίσματα τῶν ὀφθαλμῶν.

ıeoph. lib. de rora.

Cum etiam gladius,ignis ac Medicina commodent & incommodent,pro tractandi modô,Medicus in exhibendo Antimonio & Mercurio cautè agat, neceſſum eſt; ſiquidem ex præpoſtero horum uſu,iliades malorũ, ut ſupra oſtendimus naſci poſſint.

Cautio- es in ex- ib. ♁ & ☿ ij.

Iis itaque Antimonium optimum,uti & Mercurius; qui ad vomendum ſunt faciles & proclives,ſtomachum habentes robuſtum & thoracem amplum. Debilibus & picrocholis, illis etiam qui difficulter vomunt, non expediunt. Cave inſuper ne adſint conſtipationes, dolores colici,aut membrum princeps læſum,aliòquin à commotione violentâ imminet periculum. Poſt vomitum brodium pulli,cremorem ptiſanæ, vel jus piſorum exhibe,ut quis minori moleſtiâ vomat, & medicamẽti acceleretur actio. Poteris etiã, ſi libet,ad purgationes faciliores pellem vervecinam calentem ventri imponere,ſuadente Paræo.Si forte ex uſu horum pharmacorum ὑπερκάθαρσις oriatur,ad illam compeſcendam utitor Therjacâ recenti,mivâ cytoneorum, ſyrupo ex maſtice & roſis ſiccis,ſemine cymini vel plãtaginis toſto,vel etiã Nepenthe noſtro.Ventriculo emplaſtrum de cruſtâ panis imponito,& plantis pedum panem toſtum,aceto roſaceo irrigatum adplicato.

Hipp.lib. 4.aph. Vomitio facilis,inquit Fernel.l.3. de purg. rat. ſaluberrima eſt, & purgationũ omnium præſtantiſſima, & contrà.

Vitriolum à multis ad quartam ferè morborum partem percurandam deſtinatur , quod nemo admirabitur;

tur,qui ſcit ex varijs & heterogeneis illud eſſe compoſitum,quæ beneficio Spagyriæ & Vulcani, artificiosè ſegregari & in ſaluberrima remedia redigi poſſunt. In eo namque reperies frigidum,calidum,incraſſans, attenuans,aſtringens,aperiens,coagulans,reſolvens, purgãs ſudoriferum & roborans: ſicut id non incongruè Turquetus & poſt hunc Sala probavêre: (In anatõ. vitrioli.)

Peritus quippe artifex ex Vitriolo ſedulâ arte extrahit phlegma,ſpiritum humidum & ſiccum,oleum viride & rubrum,ſal,ſulphur,& colchotar, per veram iſtius corporis anatomen,& hæc omnia ad complurium morborum ſanationem in uſum medicum veniunt. Unde Geſnerus illum Medici perſonâ vix dignum judicat,qui medicamentis Vitriolatis ſe poſſe carere autumat. Et Theophraſtus oleum vitrioli vocat partem pharmacopolij quartam, atque cuilibet pharmacopæo demandat, ut ſit inſtar lapidis angularis in ſuâ officinâ. Hoc ipſum fortaſſis Eraſtus quoq; intellexit, qui à Chymicis aliàs valdè abhorrebat,& tamen uſum ejuſdem maximè approbavit. (Lib. 2. & 3. epiſt.) (In Epiſt. Craton.)

Oleum porrò Vitrioli vitæ fontem lætificat, memoriam confortat,lepram & cancrum,paralyſin & ſpaſmũ curat,tuſſim pellit,ſanguinem ſiſtit,appetitum excitat. Inſuper apoplexiæ,vertigini,hydropi & caduco medetur, in quo vis vitrioli ex ſententia Paracelſi potior & certior quàm auri eſt. In ſyncope,lethargo,viſus imbecillitate & febribus ardentibus mirificè confert, teſte Caſp. Hofmano. In peſte & febribus peſtilentibus feliciſſimè uſurpatum eſt, à Mathiolo, Bökelio, Jordanio, Cratone & Brunnero,quibus non repugnat Augenius, (De morb. amentiũ.)

qui in peſte & febribus petechialibus, huic non par eſſe pharmacum ſtatuit. Illud in calculo & aſthmate Mathiolus: in phthiſi & affectione hæmoptoicâ Capivaccius & Penotus: in melancholia, cordis tremore & ſplenis dolore Georg. Laurea commendat: In Colicâ Victorius: in cancro exulcerato Fumanellus: in lumbricis enecandis & expellendis Crato, Monardus & Brendelius vires ejuſdem utiliter admodum ſunt experti, & Penotus exiſtimat; Virtutem ſpecificam Vitrioli eſſe in ejus aciditate, vi cujus moriantur vermes. Idem autor ſimiliter affirmare non dubitat, trium aut quatuor guttarum olei Vitrioli pondus, cum aqua pimpinellæ ſingulis diebus jejuno ſtomacho datum, ab omnibus ægritudinibus hominem dum vivit, præſervare. Plura teſtimonia olei vitrioli (quod pilos etiam canos cum aqua ſachari candi reddit nigros) utiliter uſurpati, paſſim in libris practicantium occurrunt undique, conſilijs præſertim Cratonis, Montani, ſcriptis Quercetani, centurijſque Rulandi. Nota: Nunquàm convenientis obliviſcendum eſſe vehiculi.

in lib. de compoſ. med. *De præparat. med. chym.* *Ibidem.* *Reinecer.*

Spiritus verò ejuſdem Vitrioli, naturales, (ſi qui ſunt) vitales & animales ſpiritus reficit, febres extinguit, obſtructiones aperit, putredinem arcet, venena exigit, ſitim ſedat & ulcera percurat. Cujus virtutem in myrachiali morbo Lipſius quoque expertus eſt, ità enim ſcribit ad Victorem Rhotomagum: An tu quoque cum veteris ſcholæ medicis obhæres? dico, veteris. Nam iſti novi à Paracelſo, auxilium pollicentur ab vitrioli aceto. Frigerare id ajunt, penetrare, aperire: & ſimul robur addere viſceribus & membris. Et ſanè (iram & vocem com-

Centur. 1. epiſt. 81.

comprime) jam utor ſucceſſu non infelici, de exitu videbo: Si juvareità porrò pergit, ego inventorem hunc Deum.

Sulphur deníque Vitrioli narcoticam vim habet innoxiam, ideoq; Nepenthis Quercetani, cujus virtutem mirificam ipſe in Tetrade, conſilijs & pharmacopoêa dogmat. deſcripſit, præcipua baſis exiſtit. In exulceratis partibus nervoſis & acutiſſimo ſenſu præditis, ſulphur hoc inſipidum, propter inſignem quâ pollet ſine morſu exiccandi virtutem, vix ſatis laudari poteſt.

Sulphur veteribus quoque in uſu fuiſſe ex eo liquet, quod multæ ex ipſomet occurrant antidoti apud Actuarium, Aëtium & Myrepſum, quemadmodum etiam apud ipſum Galenum, qui Sulphur vivum ad dyſpnoicos maximè commendat. [Mirum, ſulphur apud Græcos vocari θεῖον non ſolum meherclè quod ἀναθυμίασις tonitruum ſit κεραύνιον πῦρ: ſed omninò quiddam Divini in eo deliteſcere, in ſuſpitionem rapior omnimodam. Mirum illud, ab uſu ſulphuris, excrementa alvi, moſchi odorem referre: quæ res myſterio non caret.] Quid fieret in viridi ligno, cum hoc factum ſit in arido. Quàm non, obſecro, Galenus, ſi adhuc vitæ uſurâ frueretur, nobiliſſima ea commendaturus eſſet pharmaca, quæ ope Chymiæ ex ſulphure proveniunt: ut ſunt flores ejuſdem, rubinus, lac, cremor & butyrum, oleum & ſpiritus acidus. Non inconcinnè igitur Quercetanus ſulphur præparatũ vocat pulmonis balſamũ, quoniã ad omnes pulmonum & thoracis affectus experientiâ ipsâ teſte, efficaciſſimum & præſentiſſimum compertum eſt. Hinc Crato in ulcere pulmonis ad extergendum & conſolidandum ſulphure præparato nihil conducibilius

7. de cõp. med. ſ. loca.

in pharmacop. dogm. & alibi.

 bilius

bilius eſſe exiſtimat: cum quo Felix Platerus quoque conſentit & Jo: Jeſſenius, qui ſe multos phthiſicos hujuſcemodi ſulphure feliciter ſanaſſe gloriantur. Exhinc manifeſtò apparet craſſus eorum error, qui dicunt, ſulphur eſſe arſenicum inchoatum, & ex multiplici fuſione tandem in verum arſenicum degenerare; ſed falſiſſima hæc efficta μεταμόρφωσις.

Lac Sulphuris, balſamum eſt humidi radicalis: ſanguinem quippe purificat, naturales vires confortat, & morbos inſtar ignis occulti conſumit: præſervativum apoplexiæ, convulſionis, lepræ; aſthma & tuſſim tollit: catharros exiccat, & phthiſicos oculariter juvat.

Severin. Flores verò ejuſdem, impuritates febriles, peſtilentes, pleuriticas, peripneumonicas leviores tutò & ſubitò auferre, tuſſesque antiquas & aſthmaticos affectùs egregiè ſublevare poſſunt. Sulphur ſciſſile, quoniam ab ipsâ Naturâ ſublimatum & præparatum eſt, loco florum ſulphuris, in uſu quandoque habere licet. In Campaniâ propè Puteolos & campos Elyſios mons eſt ſulphureus, (la ſolfotara Italis dictus) qui, more Veſuvij & Ætnæ, perpetuò ardet, ubi è ſaxis ſulphur tanquam ros exudat & in ineffabili copiâ inibi colligitur: hic ros ſulphureus, (cujus portiunculam aliquam mecum attuli) cum nec ſapore nec odore ingratus; itaque ſummâ cum utilitate loco florum, artificiosè paratorum, in Medicinâ uſurpari non nequit.

Penot. Oleum ſulphuris adeò efficax eſt, ut neque vivum corpus, neque mortuum, ad putredinem tranſire ſinat, ſed adeò integrum tueatur, ut nulla vel cœleſtis impreſſio vel ab alimentis profecta corruptio, vel ab ipſo etiam ortu

rtu inducta obeſſe ei poſſit. Inſuper multis tam internis quàm externis vitijs adverſatur: in verrucis, ſtrumis, orexi, hydrope, urinæ ſuppreſſione, aurium tinnitu, colicâ, dentium dolore, Epilepſiâ cum convenienti vehiculo commodiſſimè uſurpatur.

Spiritus ſulphuris acidus nunquam flammam concipit, imò, ſi Quercetano credimus, pulverem tormentarium à conflagratione arcet, adeoque omnes ardores febriles mirificè extinguit, cæteraque ferè omnia, quæ Spiritus Vitrioli, præſtat: maximè verò in phthiſi, aſthmate & ſanguinis ſputo laudatur ab Heurnio, Rubæo & Quercetano: & in catharro ſuffocativo aciditate ſulphuris cum aquâ fontanâ mixtâ, nihil preſtantius eſſe aliquoties expertus eſt Socer.

Reliquum eſt ut de Nitro quoque aliquid adijciamus, à cujus uſu ipſi quoque principes Medicinæ, Galenus, Paulus, Actuarius, Myrepſus, Trallianus, Aëtius & Dioſcorides non abſtinuerunt. G.l.4. de ſanit. tuenda. P.l.7. med.c. 26, A.in met. med.c.5. M ſect. 1. cap.185. T.l.8.c.13. A.3. ſer. 1. c.22. D.l.5.c. 85.

Pulvis nitri debitè præparatus, calculo renum, dyſuriæ, colicæ, eryſipelati, carbunculo, vermibus, ardoribus febrilibus, & mēſibus retentis maſculè auxiliantur. Hic notandum venit, quod illi, qui frigidioris ſunt ſtomachi, in calido, qui calidioris in frigido vino pulverem nitri ſumere debeant.

Ex nitro conficitur ſal prunellæ, quem alij glaciem Paradyſi & anodynum minerale appellant, ob ſingularem vim dolores mitigandi, quantumvis à causâ calidâ & inflammatione excitatos. Non ſolum enim ad febres ardentes maximè prodeſt, ſed etiam eſt remedium diureticum & diaphoreticum ad multos morbos aptiſſimum, cum convenienti liquore exhibitū.

De

De reliquorum mineralium utilitate amplius agemus in Roſario noſtro minerali ſpagirico.

Cum itaque Chymia tàm inſigne donum Dei, & Medicinæ fideliſſima ſit miniſtra: medicamenta quin etiam hâc arte concinnata, non modò, ut ex dictis patet, utiliſſima, ſed & maximè neceſſaria, non audiendi ſunt illi oblatrantes Chymiæ inimici, quibus non tàm ſalus proximi, quam ejuſdem crumena curæ eſt, ideoque ad extremos uſque Garamantas illa detrudunt, verbis ſeſquipedalibus damnant, & carduis, præ lactucis veſci malunt.

Συμπέρασμα & ἀνακεφαλαίωσις.

Neq; ferendi ſunt Logodædali & malitioſi iſti ſpagiri literâ longâ digni, qui medicinas tàm præclaras nõ rectè & artificiosè præparare, multò min' methodicè adminiſtrare didicerunt, qui ad imperitum vulgus inſtar muſcarum corporibus inſultantium, ſæpiſſimè advolant, & verborum dulcedine ac lenocinio, ſicut piſces hamo, decipiunt, aulas occupant non Academias, ubi plus adulando proficiunt, quam vera dicendo, & mēdicando amplius quàm medicando: hi verè ſunt Sirenes orbis, baſiliſci civitatis, monſtra reipublicæ, atque civium lues, imò, quid enim mentiar, fundi calamitates: namque

In vitâ hoc eſt tutiſſimũ, nulli prorſus credere. Briſianus. Lang. ep. 72.

Hi poſſunt homines alto ſuſpendere naſo.

Has beſtias probè cognoſcentes Monpeſſulani, prudenti conſilio conſtituerunt, ut ſi quis horum nebulonum fucum facientium deprehendatur, qui ſe Medicum emẽtiatur, is publicè rapiatur, mox in aſellum ſtrigoſum & plagoſum ſublimis attollatur, converſuſq; tergore, caudâ pro loris ſervatâ manu utrâq;, totâ urbe per fora,

Hipp. inquit: Medicum fieri μὴ λόγῳ μόνον per urbes, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ obambulantem.

fora, per vices, per compita, per plateas (puerorum ſubſequente catervâ clamante, jo Rex, jo Rex, triumpha, qui tot inſontes nullis telis aut armis bellicis, ſed medicinis, tunc in diabolica inſtrumenta tuâ culpâ converſis, trucidaſti) circumducatur, ſcomatis undique laceſſetur, conſpuatur, pulſetur, ovis putridis, omniſque generis ſordibus conſpurcetur, poſtremò expiatâ urbe eijciatur.

Reuthas Scotorum Rex, quod complures medicorũ inſcitiâ perijſſe ſciret, ne quiſquam niſi doctus & expertus Medici nomen deinceps aſſumeret, edixit, capitis pœnâ in non obtemperantes propoſitâ. Nec minus cautè egerunt Babylonij, qui tales agyrtas urbe expulerunt, ut ſubditos ab imperitorum medicorum tyrañide vindicarent.

Hect. Boëthius lib. 2.

Herodot. lib. 1.

Quid enim ſceleſtius eſt, quàm in benê conſtitutâ republicâ hoſce admittere? quid in civitate deterius, quam conſentire, ut ab ijs occultis carnificibus homines innocentiſſimi ſæpè occidantur. Galenus hoſce Medicos â latronibus nihil differre vult, ſolum quod iſti in urbibus, hi verò in montibus & ſylvis deprædentur & alibi prædonibus longè nocẽtiores eſſe rectè affirmat, qui pecuniam tantum viatoribus, ſed tamen non impunè adimunt, at his, cum vitam & pecuniam ægris ademerunt, mercede gratiâ refertur.

Ubi lex Aquilia & Cornel. In lib. p̃. not. c. 4.

Plinius.

Langius epiſt. 72.

A Magiſtratu itaque noſtro etiam Babyloniorum, Pariſienſium, Monſpelienſium, Noricorum & Auguſtanorum exemplo, ad corvos, cynoſarges, gyaros & anticyras relegandi ac fuſtigandi, vel vincti ad ſcalmum redigendi in triremibus, ut biſcocto latrantem ſtomachum ſedent:

Nemo affectare id debet, in quo ſcit vel ſcire debet, ſuã imperitiã alijs periculoſam fore. Ulpianus.

imò ex decretis Ægyptiorum morte mulctandi, ne virus hoc latius ſerpat, & iſti nebulones adeò impunè cum corio humano ludant, atque civium loculos emungant: his enim maleferiatis pſeudoſpagyris in ignorantiâ ſuâ ſepultis, ſecundum Comicum nihil quicquam injuſtius: digni certè ut ijs aqua & igni interdicatur. Hinc illa infelicis monumenti inſcriptio vel dictum Adriani; Turbâ ſe Medicorum perijſſe. Et Agrippa dicit: Nullum pro conſervandâ vitâ ſanitateq; utili⁹ eſſe pharmacum, quàm abſtinere à medicis indoctis: nullam ad ſanitatem & ſenectutem viam certiorem, quam Medicis inexpertis caruiſſe.

l. illicitas 6. §. ſicuti medico de offic. præſid. Cajus in l. idem juris § mulierem ff. ad l. Aquil.

Contrà verò, pulice cum Elephante, & ſcarabæo cum cygno prudenter collatis, juratorum Doctorum (ut ſuadet Pet. Gregorius, inquiens: In republicâ benè conſtitutâ, non admittantur Medici niſi probati & jurati. Et Plato dicit: Medicis, niſi ex ordine exploratis, exercere artem fas neutiquam eſto) qui labores pluſquam Herculeos ſubeunt, atque ſtudioſiſſimâ indagatione rerum excellentiſſimarum ſecretioris Philoſophiæ, & myſteriorum naturalium occupantur, inſuper publicum eruditionis ac induſtriæ ſuæ teſtimonium, ab Academiarũ, à Sacrâ Cæſarêa Majeſtate, atque Pontifice Romano privilegiatarum, proceribus nacti ſunt, ſtudia laudanda ac undique promovenda: Hi enim ſunt illi, qui priſcorũ ſapientum veſtigijs inſiſtentes, artes ſpagyricas altiori mente in lucem revocant, & præcavent, ne hujuſmodi pulcerrimæ artes & ſcientiæ in Chimeras & fera monſtra tandem aliquando (quod miſericors Deus clementer avertat) degenerare poſſint: ad illos etenim Cives morbo

Lib. 17. de Repub. c. 9.

3. de Rep.

ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. Ho. Gal. 2. meth. 5.

morbo peſſundati tanquam ad ſacram anchoram confugere poſſunt.

Agite igitur ô Patres Patriæ, reipublicæ noſtræ benè conſulite, & Pſeudochymicos omnes tanquam viperas nocentiſſimas, memores conſtitutionis Criminal. Caroli Quinti, & legis Conſtantini, extra urbium pomeria eijcite: imitamini Caſſium, Cupitanum, Aruntium, Albutium, Rubrinum, Stertinium, & noſtri ævi Galliarum atque magnæ Britanniæ reges, & Medicis generoſis honeſta ſtipendia conſtituite, illoſque à DEO creatos agnoſcite. Αποστροφὴ ad inclytũ magiſtratum reipublicæ patriæ. Lib. 10. Co.

Vos etiam ô ſupercilioſi Alchymiæ convitiatores ad rectam viam redite, & divinam hãc ſcientiam quam hactenùs condemnaſtis, & mille ludibrijs affeciſtis percupidis ulnis amplectimini, ne fortè rerum opifex, pro tãtorum ſuorum magnalium & mirabilium, inter quæ Chymia pars non minima, contemtu iraſcatur, & pereatis de viâ juſtâ.

Vobis autem cives optimi cavete, à Pſeudoprophetis, qui in pellibus ovium veniunt, intrinſecus verò ſunt lupi rapaces, animam hominum devorantes, & â Pſeudochymiſtis, qui in veſtitu & pompâ Doctorali quandoque veniũt, intus verò ſunt impoſtores & imperiti Thraſones, animæ domicilium deſtruentes: CAVETE: veros Chymiatros, monente Siracide, honorate, & gratos vos erga illos præbete, nec mercedem viperinam, ut plerũq; fieri aſſolet, illis reddite. Iterum dico, CAVETE: & vos ô Pſeudochymici ac Medicaſtri, quibus magni illius Scaligeri verſibus in honorem veſtrum concinnatis, lubet valedicere, VALETE:

Matth. 7. Crato ep. 163. Severin. in Ideâ. Med. c. 15. Scaliger in Manib. Catullianis.

VALETE ò Medici cohors proterva.
Nam inanem facere, ut meus Catullus,
infames vetuêre me rapinæ.
At vos, ò Medicûm cohors maligna,
plena jurgij & infacetiarum,
rixoſa, invida, temulenta, dura,
petax, futilis, infidelis, audax,
trahax, garrula, contumelioſa,
docta imponere, palpitare docta,
decoctrix fideiq́; nominisq́;,
farcta proditionibus nefandis,
odijs, diſſimulationibusq́;,
Cynicûm ſpecies nova, & pudenda,
pro morte ab pretium petens, ferensq́;
manum carnificum amularis: auri
argentiq́; ſiticuloſior, quàm
boni nominis, & boni pudoris.
VALE carnificum cohors cruenta,
plena ſanguinis, & necationum.

F I N I S.

Δόξα θεῷ πατρὶ, χριστῷ θ' ὁμουσίῳ υἱῷ,
πνεύματι καὶ ἁγίῳ πάντοτε δόξα ἔη.

IN-

INDEX RERUM MEMORABILIUM.

A.

AB uſu Antimon. & Mercurij non diu jejunandum. pag.96.

Acria medicamenta uſtione ſemper redduntur mitiora. 66.

Acer Empiricus cauſas morborum putabat eſſe incognoſcibiles. 31.

A dijs auſpicanda Curatio. 94.

Ægrotus Medico obtemperet. 96.

A conſuetis nulla fit paſſio. 88.

Affectus præter naturam urget trifariam. 85.

Alypta quidam ſpacio biennij, 63 homines Mercurij uſu & fumo è medio ſuſtulit. 36.

Anatomia Eſſata phantaſtica. 28.

Anatomiæ inſignis utilitas 28. & 86. quæ in eadem obſervanda. ibid.

Antipathiæ & ſympathiæ exempla mirabilia. 89.

Anni tempora accuratè diſtinguenda. 90.

Antimonij uſus in Med. 127. à multis feliciter uſurp. 128. ad multijugos eosq́; contumaciſſimos depellēdos affectus aptiſſ. 128. Antimon. eſſentiæ, tincturæ, olei, aceti, florum vires 128. 129. & 130. Antim. diaphoreticum maximè πολύχρηστον. 129. Inter omnia mineralia potiſſ. in ſe claudit arcanum. 12.

Antim. & ſachari ſympathia ib.

Antimon. infeliciter uſurpati exempla complurima 37. & 38. Pariſienſes vocant inventum Cacodæmonis, alij manum DEI. 61. Vitrificatum eſt mera Saturni marchaſita 62.

Apertus hoſtis minus ficto formidandus. 41.

Aphoriſmi Hippocr. humanam excedunt ſapientiam. 57.

Aquæ deſtillatæ meliores decoctis. 46.

Aquarum quarundam præcipuarum uſus in Med. 110.

Apoſtrophe ad Magiſtratum. 139.

Alkacheſt quid. 124.

Argentum auri vires æmulatur 121. ejuſdem uſus in Med. ibid.

Argenti narcoticum. ibid.

Argentum vivum in calvaria mulieris inventum. 35.

Arſenicum eſt deleterium. 60.

Arſenici virulentia quomodo corri-

corrigatur 63. ejuſdem uſus externus & internus in Med. 63.

Arcanum quid. 72.

Artificioſa præparatio materiæ Chymicæ. 69. & 70.

Ariſtomachus Solenſis in muſcarum naturâ inveſtigãdâ pulicumq́ ſaltibus metiendis inſumſit 60. annos. 58.

Arnoldus Villanovanus curavit leproſum. 102.

Argumentum hujus libri generale 5. ſpeciale. 6.

Archaſius uniuſcujusq́ eruditi hominis ſcientiam attraxiſſe dicitur. 14.

Aſtringentia ante abſtergentia non ſunt uſurpanda in dyſenteriâ 30. non conveniunt in omni fluxu alvi. 32.

Aſtronomus quidam ſuperſtitioſus in Venæ ſectione. 90.

Aurum temperatiſſimum & à corruptione tutiſſimum. 120.

Auri potabilis vires admirandæ. 120. auri oleum, ſal, ſulphur, pulvis diaphoreticus, lana, aurum vitæ. ib.

Aurum foliatum parum fructuoſè medicamentis admiſcetur. 119.

Audacia ſemper arguit artis ignorantiam. 12.

Autoritates clariſſ. virorum, qui præſtantiam & utilitatem medicamentorum Chymicorum feliciter ſunt experti. 99. 100. & 101.

B.

Balneum ſacharinum. 74.

Balſamorum conficiendorum modi tres. 79.

Bonum aliquandò medicamentum eſt, etiam nullum adhibere medicamentum. 63.

Brunnerus fuit Medicus excellens. 53.

C.

Cautelæ in exhib. Mercurio & antimonio. 130.

Caſus mirabilis Mercurio vitæ curatus. 124.

Cardanus milleſimo quoq́ anno, unum tantum excellentem Medicum fuiſſe ſcribit. 15.

Cauſæ complures, cur ægri non ſemper à Medico ſanari queant. 17.

Cato & Craſſus ſemel tantum in vitâ riſerunt. 18.

Cathartica vehementia pueris noxia. 26. Cath. non ſunt porrigenda in ſtatu morbi vel die Critico 31. in principio quandoq́ conveniunt. 93.

Caſus novus & inauditus, clyſteribus curatus. 48.

Auto- Chy-

Chymiæ varia nomina 2. notationes. 2. definitio ibid. antiquitas, ibid. vituperatio. 4. laus 3. fructus ibid. Cultores fuêre reges & principes. 3.

Chymia medulla & anima phyſices. 3. medicinæ radix, columna, ib. Dianæ lampas ibid. inſigne donum DEI. *136.*

Chymia floruit tempore Jaſonis 2. Cacodæmonis inventum & culina. 4. aratrum & ager eſt multorum ſe ſine honore ſuſtentare conantium. 7.

Chymici horrenda naturæ monſtra. 4.

Chymicaſtri immutant & deſtruunt naturas rerum. 22.

Chymici & Medici veri qui. 43. 59.

Chymica medicamenta ſunt λεπτομέρῆ καὶ ταχύπορα. *43. ſuavioris ſunt ſaporis & odoris quam vulgaria. 98.*

Chalybis uſus in Med. 121. & 122.

Choream S. Viti, prima paſſa eſt Troffea. 102.

Characteres, verba, & Cantilenæ in curandis morbis vanæ. 22.

Chryſopopœia poſſibilis. 9. impoſtoria ibid. Inſanæ mentis ſomnium & delirum figmentum, ibid.

Chryſopœorum κακοτεχνία *naſcitur ignorantiâ, perficitur audaciâ & fallaciâ, finitur damno. 40.*

Cellæ frigidiores quando. 75.

Citria poma Theophraſt. & Plinij tempore non comedebant. 74.

Citri ſuccus cor confortat. ibid.

Cinis cancrorum medetur morſui canis rabidi. 107.

Clyſterum laus & uſus multiplex. 47. pollent etiam vi nutriendi ibid. cur à Pſeudoſpagiris reijciantur. 47.

Clyſſus ſeu lapillus Philoſophicus quid. 79.

Cognitio morbi præſtat facilem curam. 85.

Cocta decet medicari non cruda. 92.

Confidentia ægri de Medico plus valet, quam medici inſtrumenta omnia. 17.

Colica paſſio interdum etiam à calidâ causâ proficiſcitur. 32. eadem curata eſt aliquando lacte caprillo ibid.

Corpus non inconſultè movendum. 33.

Conſiligo multum differt ab Helleboro. 64.

Correctio materiæ med. chym. 65.

Chryſo- Corre-

Correctior materiæ chymicæ optimus eſt Vulcanus 65. non rarò tamẽ alia quoq; corrigentia ſunt neceſſaria. 66.

Correctio hellebori, colocynth. Scammon. opij, antimon. ſulphuris, &c. 66.

Crocus facit Maniacos. 69.

Croci Martis uſu duo miſerè perierunt. 39.

Convulſionis per conſenſum matricis exemplum inſigne. 29.

Crepitus ventris inter numina habitus. 41.

Criſtallorum parandorum ratio ex ſalibus. 78.

Cupri uſus in Med. 126. ejuſdem ſalis & olei vires. ibid.

D.

DEſtillationis differentiæ potiſſ. 5. ſunt 70. fiunt etiam ſine Vulcani ope. 78.

Deſcriptio Medicaſtrorum Scaligeri. 140.

Demetrius & Democrit9 ſolo panis odore ad tempus nutriti ſunt. 47.

Dies Ægyptiaci qui 91.

Dictum Adriani. 137.

Diſtributio hujus commentationis. 6.

Diſcrimen inter mitia & vehementia pharmaca. 54.

Diuretica non niſi corpore evacuato uſurpanda, ſimiliter & opiata. 30.

Doſis exigua non ſemper arguit venenoſitatem 35. auget jucunditatem. 97.

Doctores legitimè promoti & jurati promovendi. 138.

Duo ſunt electionis Medicinæ inſtrumenta. 65.

E.

EXperiẽtia omnium artium mater legitima. 12.

Empyreuma non omnibus ineſt deſtillatis 98. fit incuria deſtillatoris ibid.

Epilepſia pueri ob corruptum lac 48. ejuſdem cauſa nova & inaudita. ibid.

Epilepſia proveniens à vitio digiti manus vel pedis. 50. curata lotio vaccino. 64.

Eraſtus Paracelſica medicamenta vocat diabolica. 19.

Eroſtratus accendit templum Dianæ. 19.

Errores medicorum terrâ teguntur. 33.

Error eorum, qui calculum medicaminibus frangere nituntur. 117.

Extra-

Extracta non omnia cum ſpiritu vini peragenda. 75.
Varia pro iiſdem menſtrua. ibid.
Extr. præparandorum optimus modus qui. 75. *quomodo exhibenda* 84. *Extr. margaritarum deſcriptio elegans.* 76.
Extr. bacc. Junip. gentianæ, card. bened. lig. aloës, morſus diaboli, ſcabioſæ, gran. actes, alkekengi, canthar id. &c. vires. 113.
Exempla illuſtriora curationum ſpagyricarum. 102. 103. & 104.
Evacuatio univerſalis plerunque chymicis eſſentiis præmittenda. 83.
Extremi morbi extrema poſcunt remedia. 52.
Ex laboribus ſpagiricis ingens oritur animi voluptas. 58.
Exempla varia, illorum qui Paracelſitarum eſſentiis ſpuriis extincti ſunt. 35. & ſeq.

F.

FAlſarii Chymiæ. 7.
Febres quandoque cauſantur à iejunio. 96.
Ferri uſus in Med. 121. *ejuſdem olei & Croci uſus.* 122.
Florum Stibii vitium vomitorium corrigitur ſale marino. 66.
Fortuna reddit audaciores medicos. 34.
Fontes materiæ Medicæ. 60.
Fornacum multæ ſpecies. 68.

G.

GErmani ſoli cuilibet impoſtori ſe Medicum profitenti, corpus & animam concredunt. 42.
Georgius Marchio Brandeburgicus integram lagenam Mercurio vivo repletam epotavit. 61.
Gemmarum effecta mirabilia 115. *negant Sanctorius & Mondella.* ibid.
Gemmas calor naturalis non poteſt ſuperare. 115.
Gyges annulo factus eſt inviſibilis. 16.

H.

HErmes ſuperſtitioſus. 90.
Hermetis & Æſculapii omnium ampliſſima familia. 6.
Helleborus creſcens in montibus melior eſt creſcente in hortis. 39. *niger à veteribus comparatur auro potabili.* 39.
Hippocratica Medicina conjungenda cum Hermeticâ, & contrà. 50.
Hipp. & Galeni ætate non fuerunt Pharmacopæi. 59.
Hiſtoria ridicula de Doctore quodam inſulſo. 13. *alia Paracelſici Epileptici*

leptici 16. alia de Medicaſtro quodam. *ibid.*

Hiſtor. de 2. canibus rabidis. 107. *de lapide nephritico.* 117.

Homogenea ab heterogeneis in præparatione medicam. ſeparanda. 70.

Homines naturâ ſunt φιλήκοοι *καὶ* ἀψίκοροι. 42.

Hydropicus curatus buffone. 24.

Hydrargyrum quidam per urinam reddidit. 35. *quidam ter tantum illo fuerat uncto, & tamen integram pateram argenti vivi evomuit.* *ibid.* *hydrarg. damna quomodo ſopiantur.* 125.

ὑπερκάθαρσι *quomodo ſuccurrendum.* 130.

Hydropicum curavit Hipp. potione ex Cantharid. 63.

I.

ἰδιοσυγκρασίαι *in curatione accuratè obſervandæ.* 88.

Jejunium vehementer exiccat. 96.

Ignis commercio multa evadunt mitiora & meliora. 65.

Impudentia dux eſt ad omnem turpitudinem. 15.

Inſcitiæ nullum evidentius argumentum, quam à viris doctis diſſentire. 11.

In medicamentorum exhibitione obſervanda; ætas, tempus, ſexus, complexio, conſuetudo, pars affecta, morbus, morbi tempus, vires ægri. 26 & *ſeq.*

Incommoda eſſent. Chymicar. 79.

In Chymiatro, quas proprietates requirat Hippocrates, quas Galenus, quas Paracelſus. 59.

Inſtrumenta Chymica varia & varijs nominibus inſignita. 68.

Inſtrum. Chym. cognitio apprimè neceſſaria. 67. *Illorum ope multa myſteria indagari poſſunt.* *ibid.*

Inſtrumento quodam aër ventus & radij ſolares artificiosè capi & couniri poſſunt. 67.

Inſtrumenta Medici qui. 83.

In Medicina nihil difficilius, quã morbi cognitio. 85.

Indicationum capita quæ. 83.

In morbis chronicis medicamenta vel varianda, vel eorum augenda doſis. 84.

In fluxionibus quæ conveniant. 92.

In febribus malignis non purgantia ſed diaphoretica in principio conveniunt. 92.

Ineuntibus morbis corpus purgan-

purgandum. 93.

In ſtatu purgantia nunquam conveniunt. 93.

In ſulphure aliquid divini deliteſcit. 133.

In aquarum & oleorum deſtillatione quæ notanda. 77.

Ignis ſpagirici gradus quatuor. 68.

Ixio pro Iunone nebulam amplexus eſt. 42.

L.

LApis Criſolatus pellit ſtulticiam & auget ſapientiam. 18.

Laudanum multos morti dedit. 139.

Lac aliud alio magis butyraceum 49.

Lapis nephriticus magnæ virtutis in calculo expellendo. 116. & 117.

Lectio ſcriptorum Paracelſi ad quid conducat. 50. & 51.

Lippi & tonſores de utraq; Medicinâ pronunciare audent. 43.

Liceatne Medico Doctori αὐτοχείρως *medicamenta præparare.* 57.

Liquores balſamici. 67.

Liquores ex lapidibus precioſis quandò & quomodo fiant. 75.

Liquor Mercurij pellucidus. 125.

Locrorum erga Medicos veneratio. 96.

Lucrio Herculi parvum, pumilioni magnum induebat calceum. 52.

M.

MAximilianus imperator Paracelſum vocavit impudentiſſimum impoſtorem, hoſtem & oſorem omnium Doctorum. 15.

Matrona quædam circiter 200 evacuata fuit à pharmaco ſtibiato. 37.

Materia medica ſumitur ex vegetabilium, animalium & mineralium familiâ. 60.

Materiæ præparandæ electio. 60

Magiſteriorum præparandorum modus. 74.

Magiſteriorum & eſſentiarum uſus 113. *uſus eſſent. margarit. corall. ibid. Cinnabaris nativi, lythargyri, panis, ſplenis bovilli, matricis leporinæ, & ſecundinæ mulieris &c.* 114.

Magiſt. gemmarum uſus. 116.

Medicina artium nobiliſſima. 1.

Medicis nulla gens contemtior 6.

Medica ars hoc cum bonis regibus commune habet, ut benè faciat

ciat & malè audiat. 6.

Medici imperiti omnia ſciunt apud vulgum. 10.

Medicus eſt artium centrum. 13.

Medicus debet eſſe φιλόπονος *non* φιλοχρήματος, *16. Med. naturæ æmulus & conſultus.* 14.

Med. non ſemper aſſequitur exoptabilem finem. 17.

Medici ſimiles naucleris. 25.

Medicaſtri nihil differunt à latronibus. 137. *imò nocentiores ſunt. ibid. relegandi, morte mulctandi. ib.*

Medici honorandi 139. *iiſdemq; honeſta ſtipendia conſtituenda. ibid.*

Med. Parabolani qui, & quod illorum officium. 40.

Medicinis fortibus non prius utendum, niſi debiles nil juvent. 51.

Medicus egregius mendicus non erit unquam. 43.

Medicus artis ſpagiricæ ignarus, non abſolutus, imò non mediocris. 52.

Medici præcipui non ſolis Chymicis, vel Galenicis remediis ſed promiſcuè his & illis uſi ſunt. 52.

Medicus naturam rectè operantem non ſtimulet nec impediat. 80.

Medicinæ ſcopus ſanitas eſt. 80.

Medicus ſine methodo ſi ſanat, non arte ſed caſu & fortunâ id facit. 81.

Medicus fulminis coruſcatione attonitus, oleo auri priſtinæ ſanitati reſtitutus eſt. 103.

Medicamenta ex præſcripto methodi Galenicæ adminiſtranda. 81.

Medicamenta ſpecifica 83. *& quomodo uſurpanda. ibid.*

Medicamenta calculum comminuentia. 117. *med. manus Deorum vocat Herophilus.* 19.

Med. Pſeudochymicorum peccant ſubſtantiâ, quantitate, & qualitate. 19.

Medicam. metallica ſunt ſicut gladius in manu ſtulti, & fax accenſa in manu pueri. 26.

Medicamenta Pſeudochymicorum ſummè noxia. 33. *ſunt mortis jacula & pocula.* 41. *inſtar Ichneumonis.* 34.

Medicamentorum ſimplicium magna eſt differentia. 64.

Metalla principalibus partibus ſpeciatim à Chymiatris adaptantur. 120. *priſcis quoq; fuerunt in uſu.* 119. *Cruda nullam principalibus membris virtutem præbent.* 119.

Mineralia vegetabilibus præſtare

re probatur. 44.

Margaritarum magiſterij uſu, multi in tabem inciderunt, 35. multi etiam vitâ privati ſunt. ibid.

Menecrates fuit Medicus adeò ſuperbus, ut ſe Jovis nomine indigitaret. 15.

Mercurius præcipitatus multos præcipitavit. 35.

Mercurius vitæ factus eſt Mercurius mortis. 36.

Mercurij oleum ubi noxium. 37.

Mercuriali inunctione multi in graviſſimos morbos inciderunt. 36.

Mercurij exhibendi modus. 84.

Mercurius & antimon. non in quacunq; alvi conſtrictione & levi evacuatione propinanda. 54.

Mercurius crudus non eſt virulentus 60. & 61. à multis innoxiè potatus. 61. in Carinthia & Carnia utuntur eô ad facilitandum partum, & ad lumbricos. ibid. ejuſdem præparatio periculoſa. 61.

Mercurius nullum morbum, etiam pertinaciſſimum, aggredi recuſat. 122.

Mercurius eſt balſamus Naturæ & naturalis theriaca. ibid.

Mercurius mirabilis. ibid.

Mercurij præcipitati uſus multiplex in Med. 123. ejuſdem rectè præcipitati ſignum. ibid.

Mercurius luis venereæ ſolus ῥιζότομος. Sublimati vires. 124.

Mercurij vitæ vires. ibid.

Methodus medendi quibus conſtet capitibus. 82. in quibus conſiſtat. 81.

Methodum quidam Paracelſitæ reſpuunt, & cur? 81.

Menſtrua varia pro extrahendis eſſentijs. 65.

Menſtruum cæleſte eſt ros menſis Martij. ibid.

Menſtrua quædam in digeſtione rubeſcunt. 72.

Melius quandoq; eſt morbum non attingere quam tangere. 82.

Mellis eſſentia Catholicum omnium morborum eſt remedium. 114.

Metæ & mures aurum digerere valent. 119.

Motio pharmaca citare ſolet. 96.

Morbi deſperati ſolo prognoſtico DEO *curandi relinquendi.* 17.

Morbos Tartareos priſci nec cognoverunt nec curarunt. 50.

Mixtio & compoſitio medicam. 70.

Purgantia mitia, mediocria & valentiora, quam quæq; regionem purgent. 55.

Purificatio remediorum eſt genuina correctio. 65.

Q.

QVamdiu robori viriumfidis, tenenda methodus. 85.

Quercetanus à Riolano vocatur, ingenij monſtrum, abijciendum in profluentem. 4.

Quidam trans centena milliaria cum alio colloqui poteſt. 18.

Quidam malunt uti muſcerdâ Paracelſi, quam caſſia Galeni. 54.

Quomodo Monpeſſulani tractant Medicaſtros. 136. & 137.

R.

REgio regioni Medica. 94.

Regimen utentium pharmaca. 96.

Rectus uſus chym. medicam. in quibus conſiſtat. 57.

Remedia tutiſsima ſunt, quibus delinqui non poteſt. 53.

Rhabarbarum hepatis anima. 55.

Riolanus Chymiam vocat anatomiam Democriticam. 4.

S.

SAnitas donũ Dei præſtãtiſſimũ. 1.

Sacerdotes Ægyptiorum remedia ſpagyrica in ſacrario Vulcani recõdebant. 99.

Sal olim erat amicitiæ ſymbolum. 104.

Sale & ſole corpori humano nihil utilius. 104.

Sal eſt balſamus rerum, & omnium condimentorum præſtantiſs. condimentum. ibid. habetur pro Panacæâ. 105. non eſt opus, ignis vi productum. 106.

Sales non omnes ſunt cauſtici ib. pleriq; unius ejuſdemq; ſunt virtutis & efficaciæ. 107. quidam ſunt cathartici. 108. quomodo cum fructu ſumendi 109. extractis & aquis permiſceri debent, & cur. 76. & 77.

Salium conficiendorum duo modi 78. fixi & volatiles quomodo fiant. 79.

Salis prunellæ uſus 135. cranei humani, ligni guajaci, abſynthij, gratiolæ, Imperatoriæ, Zingiberis, hypericonis, Ceterach, viperæ, bufonis, ciconiæ, pavonis, urinæ, marmoris &c. uſus in Med. 108. & 109.

Sale nihil magis diureticum, diaphoreticum, catharticum. 105.

Salibꝰ non ſunt attribuendæ qualitates ſpecificæ. 106.

Sanguinis fluxus unde. 31.

Scopus in medendo præcipuus eſt ille, qui à virtute ſumitur. 87.

Serpentes noſtri multum diſtant à viperis Ungaricis & Italicis. 23.

Serpentinus pulvis eſt noxius. 23.

Seneſcentiæ remedia tutiſſima. 53.

Signa nephritidis & Colicæ διαγνώσικα. 29.

Spiritus vini ſimplex & tartariſatus menſtruum optimum. 65. *quomodo fiat abſque omni igne.* 78.

Spiritus & olea aquis longè præſtantiores. 109.

Spiritus Salis ſitim repellit. ibid.

Spir. Ceraſorum, Tartari, ſuccini, Theriac. ſang. aſinini &c. uſus in Med. 111.

Spiritum vitrioli laudat Lipſius.

Spuma in quibuſdam extractis venenata. 76.

Stibium Pariſienſes damnant. 61.

Stratagemata circumforaneorum Chym. 7.

Stulti imprudentiâ ſuâ ſapientibus multum conferunt. 8.

Stercus humanum magnarum virtutum. 110.

Stanni uſus in Med. 125. *ejuſdem ſalis & olei vires.* ibid.

Sub æquinoctijs medicari periculoſum. 90.

Sudor & ſomnus poſt aſſumta purgantia, fugiendi. 95.

Sulphur Vitrioli baſis Nepenthis Quercetani. 133.

Sulphur veteribus quoq; fuit in uſu. 133. *eſt balſamus pulmonis.* ibid. *ejuſdem uſus in Med.* 133. 134. & 135. *ejuſdem lactis, cremoris, rubini, olei, ſpiritus & florum virtutes.* 134. 135.

Sulphur non eſt arſenicum inchoatum 134. *Sciſſile uſurpari poteſt loco florum.* 134. *in Campania colligitur in magna copia.* ibid.

T.

TErtia morborum pars per ſudorem curari poteſt. 129.

Tempora morborum nihil aliud ſunt, quam ipſius morbi mutationes 92.

Tempus in medicamentis dandis accuratè obſervandum. 26.

Theophraſtus doctis ſcripſit non rudibus. 14. *de doſibus ſcripſit frigidè.* 24.

Theologus hæreticorum libros debet evolvere. 51.

Tinctura quid 72. *quando & quomodo paranda.* ibid.

Tinctura corallorum ſpuria. 72.

Tinct. omnium florum, auri, gemmarum &c. quomodò à quibuſdam parentur. 73.

Tinct. variarum uſus in Med. 118. *Solis, ſang. ciconiæ, vulpis, viperarum &c.* ibid.

Turpethi mineralis uſus. 125.

Turp. minerale multos interfecit. 35.

Tumores ſcirroſi ſæpè uſu emollientium in gangrænas & cancrum degenerant. 30.

V.

VEnena quibuſdam morbis ſalubria. 24.

Venenum veneni eſt beZoar. ibid.

Venena poſſunt diu in corpore manere innoxia, etiam ad 40. annos. 23.

Ventriculi imbecillitas non ſemper oritur à frigidâ intemperie. 32.

Vegetabilia mineralibus præſtare probatur. 45.

Venæ ſectionem per Hippopotamum, vomitionem per canes, clyſteres per Ibin Deus hominibus monſtravit. 47.

Venena etiam in rebus optimis 69. *poſſũt arte & Vulcano corrigi.* 60.

Vehiculi convenietis nunquam obliviſcendum. 84.

Violentis medicamentis non temerè utendum. 55.

Victus ratio in morbis quæ tenenda. 94.

Vitriolum à multis ad quartam ferè morborum partem percurandam deſtinatur. 134. *compoſitum eſt ex variis & heterogeneis.* 131. *in officinâ eſt inſtar lapidis angularis.* ib. *ejuſdem uſus in Med.* 131. *Oleum ad infinitos morbos ſanandos præſtans.* 132. *ejuſdem Spiritus, ſalis & ſulphuris vires.* 132. & 133.

Vitrioli oleum eſt ὑστεραλγές. 27.

Vitrioli cum ſanitatis jacturâ uſurpati exempla varia. 38.

Vitriolum Veneris baſis cujuſdam arcani ſtomachalis. 126.

Vitriolum ejusq; Spiritus taxatur. 62.

Unuſquisq; cæcutit erga eam rem quam amat. 42.

Vulgus eſt iniquus judex. 42.

Uroſcopi & κοπρόφοροι *taxãtur.* 59.

Urinæ inſpectio fallaciſſima. 50. οὐροσκοπία *arti Medicæ ſola cõtemtum parit maximum.* ibid.

Uvæ acino ſuffocati ſunt Sophocles & Anacræon. 34.

MEN-

MENDÆ TYPOGRAPHICÆ.

Pag.24.lin.11.lege,quartanâ & hydrope laboranti.pag.38. lin. 9.pro hæmoptyicus,lege,hæmoptoicus.p.45.pro Heurnius,lege, Hornius. p. 59. pro ὀξηια,lege,ὀξεῖα.p.54.dele quorſum.p.57.l.22.pro præparatio,lege,operatio.p. 74.l.19.pro menſtrua,lege,menſtruô.p.81.l.17.pro ſic,lege,ſit vitæ.p. 82. l. 22. lege,poteſt non attingere.p.85.l.9.pro faciamus.lege,faciemus,p. 87. l. 9.pro correptæ, lege, collapſæ & ab. p.86. pro eluceſcet, lege, eluceſcens. p. 88. l. penultimâ pro rurſus lege 19.

Cætera benevolus lector emendabit ipſe.